



1. ~~Epitome~~ Epitome Harmoniae
Evangelicæ Wittenb.
1544
2. Panegyrici s. Anni
Methodij concio.
nandi, Wittenb. 1544.
3. Tabula ut de
arte concio.
nandi

5.

CATALOGVS
PRODIGIORVM
RERVMQVE ALIQVOT
MIRABILIVM, QVAE PAVLLO
ante, in, & post Natiuitatem Do-
mini ac Saluatoris nostri
Iesu Christi acci-
derunt.

EX OPTIMIS QVIBVSQVE
diuersorum autorum monumentis varijs
collectus à M. Benedicto Dubeno
Lucense.

ADIECTAE SVNT DVAE ORATIONES
EX ESAIAE CAP. XI. FERIIS NATALIS
*eijs habitae, in solenni conuentu Aca-
demie Lipsiensis.*

VVITEBERGAE,
Typis M. Georgij Mulleri.
M. D. XCI.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



REVERENDA DI-
GNITATE, NOBILITATE GE-
NERIS, EXIMIA DOCTRINA-
rum eruditione, sapientia, nec non
cunctarum virtutum laude præstan-
tissimis viris D. Præposito, Decano,
Seniori, cæterisq; Ecclesiæ Ca-
thedralis Marspurgix Ca-
nonicis. &c. Dominis
suis reuerenter co-
lendis. S. D.



*Si æternus Deus mag-
nus est & admirabilis in cun-
ctis operibus suis: Quis enim
vim magnificentiæ eius per-
censeat, & misericordias eius inuestiget,
aut cui liceat peruestigare mirabilia Do-
mini, cum nemini vnquam contulerit hoc,
vt enunciaret opera eius? Ecclis. 18: Ta-
men inter reliqua miracula, & beneficia,
potentiam et clementiam eiusdem demon-
strantia,*

strantia, summū extat & maximum, colatum generi humano, omnemq; mentis humanae captū superans, opus incarnationis Filij Dei, Domini nostri Iesu Christi, quo is coaeternus & coessentialis aeterno Patri Sermo propter nos in hunc mundum ex Adā lapsu tristissimo non minus sceleratum, quam infelicē descendere, et in hoc omnis generis miserijs ac ærumnis, quia us primorum parentū posteri, pro dolor exercemur, obnoxius esse voluit, et tandem factus peccatum in ligno, per summos cruciatus, morte contumeliosa & execranda interfici. Vnde videlicet non solum mansuetudo et misericordia insignis, et clemētia diuinæ bonitas ineffabilis, et amor præterea, caritatisq; ardor et affectus eximius cognosci potest, quo generis humani respicere dignatus est calamitatē is, qui totiq; conditor est vniuersitatis rerū Deus, cum eos gratiæ suæ thesauros nobis in Filio suo propinās: Verum etiā tum veritatis iusticiæ

sticiæ ratio summa apparet, qua mundi peccata supplicio expiari digno oportuit, tum sapientiæ ac infinitæ potentie magnitudo incredibilis et singularis, omnes mentis cogitationes excedens, conspicitur, quæ redemptiõnis et salutis nostræ viam, aliàs prorsus ignotam, imò vniuersæ creaturæ inperuestigabilem, potuit inuenire, vt non tantum iusticiæ satisfaceret æternæ, verum etiã nobis subueniretur, alioquin miserè perituris.

Quando enim nulla creaturarum alia perficiendo isti redemptiõnis operi maximo sufficiebat, ille ipse Dominus æterni Patris Filius, cum Patre et Spiritu Sancto coæternus Deus, vt mori posset, atq; ita ordine iusticiæ et misericordiæ, simulq; pacis et veritatis temperamento seruato, ab ira æternæ genus humanum liberaret, et pristinae dignitati, libertati, gratiæ, iusticiæ & vitæ restitueret, mirabili consilio, cum temporis plenitudo venisset, verus homo natus, & puer in hunc mundum missus,

atq; in lucem editus est. Etenim ex utero
& substantia Mariæ virginis intactæ &
intemeratæ, matrisq; castissimæ, non hu-
manæ coniunctionis ordine, sed ex Spiri-
tu sancto, virtutem suam diuinam virgi-
ni conferente, carnem veram, seu massam
naturæ humanæ assumpsit, & immortalis
sue atq; cœlesti naturæ, terrenam & ca-
ducam adiungens, nostram animam & om-
nia membra suscepit: Ut licet inuolutus
fascijs, in præsepiti, vagitum ederet, non ta-
men solus homo, sicuti nec solus Deus, sed
in vna persona verus Deus & homo exi-
steret, Mediator solus inter Deum & ho-
mines, adeoq; promissus ille generis huma-
ni redemptor, Immanuel, Saluator, Rex ac
Dominus omnium sine fine. Quam duarum
naturarum non confusarum sed copulata-
rum, diuinæ ac humanæ, unionem prædi-
cans beatus Dionysius Areopagita, Epi-
scopus Atheniensium à D. Paulo constitu-
tus, venuste descripsit, lib. de nominib. diui-
nis

nis cap: 1. sic inquiring: ἡ θεαρχία τοῖς κατ' ἡ-
μᾶς πρὸς ἀλήθειαν ὀληκῶς ἐν μιᾷ τῶν αὐτοῖς ἰπο-
στάσεων ἐκοινώνησεν, ἀνακαλυφθῆναι πρὸς ἑαυτῶν
καὶ ἀνατιθεῖσα τῶν ἀνθρωπίνων ἐχάτιαν. ἐξ ἧς
ἀρρήτως ὁ ἀπλῶς ἰησοῦς συνετέθη, καὶ παράτασιν
ἐίληφε χρονικῶ ὁ αἰδιόθ, καὶ εἰσω τῆς κατ' ἡμᾶς
ἐληλύθει φύσεως ὁ πάσης τῆς κατὰ πᾶσαν φύσιν
τάξεως ὑπερσίσωσ ἐκβεβηκῶς, μετὰ τῆς ἀμετα-
βόλης καὶ ἀσυγχύτης τῶν οἰκείων ἰδρύσεως.
*Hoc est. Diuinus principatus cum homi-
nibus nostris in veritate ex toto in vna
suarum personarum communicauit, reuo-
cans ad seipsam & sibi imponens humanā
extremitatem. Ex qua ineffabiliter sim-
plex Iesus compositus est, & extensionem
suscepit temporalem ille æternus, & intra
illam nostram peruenit naturam ille, qui
omnem secundum omnem naturā ordinem
essentia eximia excessit, cum immutabili
& inconfusa proprietatū stabilitate. &c.
Hæc licet magis declamatorie dicta vide-
ri nonnullis possint, in quorum explicatio-
ne autorem elaborationi humanæ atq; in-
dustria nimium indulgisse aliquis forte o-
pinetur:*

pinetur: tamen inde vetustissimorum ma-
ior, quam saepe nostrorum hominum in ex-
ponendis hisce rebus tantis, ac beneficijs
diuinis, atq; adeò arcanis nostræ fidei enar-
randis, diligentia sollicita & accurata,
& in ysdem animo cogitationeq; sedulò
contemplandis acrimonia & solertia per-
spicietur. Quam non negligere sed sequi
vniuersos decebat, qui puram veritatis
cœlestis doctrinam amplecti, & pro inesti-
mabili beneficiorum cumulo, nec non fauo-
re & bonitate Dei immensa gratos sese
declarare student, & affectione aliqua
tanguntur, aut cura erga Deum pietatis.
Quod si planè mentis humanæ intelligētia,
res tantæ percipi nequeunt, at quantū fie-
ri potest, cognosci debent, & cognitis ad-
biberi fides, quæ sola, vt D. Basil. ait, su-
perans rationem & viam disputationum,
animum trahit ad assensionē & sapientiæ
diuinæ mysteria, atq; adeò veritatem do-
ctrinæ cœlestis immutabilem apprehendit.
Paradoxon

Paradoxon et res incredibilis, imò irrisio-
ne digna videtur ijs qui Euangely destitu-
untur luce, quod virgo pariat, et nihilomi-
nus virgo maneat: Veruntamen sacrarū
literarū voluminibus atq; testimonijs cōfir-
mata, piē creditur. Et ipse quidē profundā
humanæ mentis in rebus diuinis caliginem
miseratus omniū conditor Deus, plurima
cæcitati nostræ conferens remedia, atq; in-
firmitati succurrēs, sicuti præter præstan-
tissimū Christianæ sapientiæ lumen, in san-
ctis oraculorū diuinorū libris reuelatū, piē
ac sobriē cōsiderantibus articulū de unio-
ne hypostatica, unicā constituente personā
ex duabus naturis, qui, ceu modò diximus,
longè positus est supra omnē creaturarum
captum, proposuit qualescunq; vmbrae siue
piēturas, ad huius mirādi fœderis, atq; inde
manantiū beneficiorum declarationē, si non
integrā (. tale enim unionis huius exem-
plū quod prorsus congruat intueniri potest
nullū .) at aliquo saltem modo pertinentes,

quales sunt, copulatio animæ & corporis
in homine, ramus insitus trunco, mixtorū
seminum vis in rebus natis, similitudo de
ferro ignite seu candento, et fumo in flam-
ma, vnde fit ignis, imago sponsi ac sponsæ,
& quas orthodoxa vetustas, reuerenter
explicando alias adhibuit, vt quemadmo-
dum à Nazianzeno dictum est, pectora
accenderentur admiratione eius fœderis
arctissimi, quo Filius Dei naturam sibi
humanam copulauit: Ita ex ipsa natura
nobis idem Deus, vt D. Basilius disserit,
infinitas suppetitauit occasiones faciundi
fidem partui virgineo, rei cæteroquin ab-
surdæ, & rationi nostræ haudquaquam
respondenti. Nam, vt de cæteris modò
nihil loquamur, & vultures quorum genus
alioquin despectum est, absq; maris & fœ-
minæ coniunctione de præscripto naturæ
perhibentur gignere, senecta etiam in ex-
trema, & prodigiosè toto biennio vterum
gestare, vnde vultur mas nullus conspiciat-
tur.

tur. Testantur de his qui naturas animalium habent perspectas, et affirmant, easdem volucres, cum non ignorent vniuersam ipsorum nationem in fœminis consistere, orbitatis metu, simul vniuersas ad fecundificandum quandã veluti expeditionem suscipere, ac si nullus hîc eis auster offerat, ad cognatum Eurum alas expandere, indeq; per oris hiatum vento influente repleari, & animalia, non oua subuentanea gignere: quæ causa sit quamobrem maximo temporis spatio natura huius animalis absolutionem indigeat. Etenim difficile est naturæ, & operosum, de vento quandam essentiam efficere, deq; re longè subtilissima, & exili prorsus, animal effingere. O mirabilem vulturû procreationem. Quis vero non videt, hoc nos exemplo ex natura desumpto, moneri. Vt audientes Mariã virginem purissimam, absq; vlllo viri commercio grauidam fuisse factam, cum prius eam sanctus ille Spiritus inumbrasset, nequaquam

quaquã huic rei fidem derogemus, tamen
si reapse videatur magna & ab hominum
opinionem plurimum abhorrens?

Porrò quemadmodum partus iste virgi-
nis, et Filij Dei incarnatio, vnionis omni-
um excellentissimum, & vt sic loquar, ad-
mirabilissimum continet mysterium: Ita
quoq; DEVS, non sine minore miraculo
et admiratione aduentũ tanti Herois, vt
ab Esaia nuncupatur, mundo voluit inno-
tescere, et magnificis aliquot reuelationi-
bus atq; prodigijs illustribus manifestari.
Ac Euangelica quidẽ historia, eiusdem in-
carnationẽ seu natiuitatem, per Angelos
cœlitus emissos primũ reuelatam fuisse tra-
dit pauperrimis ouium pastoribus, in rure
Bethleemico pascentibus gregem suũ, qui
postea alijs sibi credita, rursus aperuerunt
mysteria, omnia quæ pastores ad sese dice-
rent, de hoc puero admirãtibus. Magis po-
stea orientalibus, viris primarijs et sapien-
tibus, qui perquisitioni astrorũ addicti, &
rerum

rerum diuinarū, simulq; Physicarum periti,
nulla non autoritate, virtutumq; ornāmē
to fuerunt illustrissimi, & quod nonnullis
placuit, ex schola sancti Danielis reliquiæ,
aduentus hic filij Dei in carnē manifesta
tus est ratione peculiari, & tali sanè, qua
vel maximè cōmoueri poterant, stella ni
mirum nouæ & singularis apparitione non
quidem naturali seu fortuita, sed mirifica
et prodigiosa: quam in Oriente Dominus
fecit oriri prognosticam, vt illos Hieroso
lymam vsq; pertraheret, annunciatū filij
sui natiuitatē Herodi, Sacerdotibus, Iu
dæis, incolis deniq; vrbis eius vniuersis.
Hi vero aduenientibus locū ostendunt et
digito veluti demonstrant, vbi nascere
tur Messias, scripturis euidentibus appro
bātes atq; confirmātes quæ dicebant ōnia.
Quorum Magi, et insuper prioris stelle is
terum illos præcedentis freti iudicio, locū
exoptatissimum et ibidē gloriæ Dominum
inuenerunt, delitescentem in casu humili,
nihil

nihil omnino regij ornatus habentem: Veruntamen excellenter & diuinitus exhibitum toti orbi in exemplum, numinisq; diuini gloriam maximam prout adorant, offerentes ipsi, sapientes vti decebat, mysteria munera, mirabiliter à Deo in tam sancto proposito adiuti ac confirmati. Aurinamq; oblatione, regni eius perpetuitatem significabant, & potentiam in debellando Sathanæ regno summam: Thure signum dabant sacerdotij, in reconciliando Deo cum genere humano: Myrrha deniq; passionis eiusdem ac crucis Ecclesiæ & ciuium suorum ferebant indicium. Quid verò his omnibus fieri poterat miraculosius? Taceo iam reliqua ab Euangelistis indicata miracula, non minus illustra et euidentia, & ne longam potius orationem quam præfationem instituerem videar, breuitatis studio, quam hic quidem obseruare cogor lubens omitto, quæ de nati Christi reuelatione per Simeonem iustum ac pium, Zachariam

riam item, Elizabetham, Annam Prophe-
tissam, & alios gesta, cum certarum cir-
cumstantiarum indicatione in libris ipso-
rum luculentè referuntur, & legere volen-
tibus in promptu sunt quotidie, ex quibus
vniuersis ac singulis iterum magnificè re-
uelatam mortalibus fuisse natiuitatem Ie-
su intelligitur ad salutem cunctorum fide-
lium.

Cæterum & alia quamplurima apud
exteras quoq; gentes, si historias ipsarum,
non quidem confictas, sed à fidei magis
probate autoribus conscriptas audiamus,
accidisse memorantur signa, quibus natu-
ra rerum mirabiliter commota, Deus æ-
ternus comprobare voluit, atq; tempus id
demonstrare, quo nasceretur in terris Fi-
lius Dei altissimi, politiae verò Iudaicæ,
atq; adeò orbis iam totius mutationem in-
stare, generisq; humani restitutionem præ-
foribus adesse. Quo enim anno M. Cice-
ro, consulatum agebat Romæ cum M. An-
tonio,

tonio, Hierosolyma capta est à Pompeio,
Hircanus quidē Sacerdotio iterum præ-
fectus est, Iudæi autem Romanis primum
subiecti, & potestatem in eorum redacti,
animaduenterunt, sceptrū à Iuda auferri,
attestante Iosepho lib. 14. antiq. cap. 8.
& Plutarcho in vita Pompeij. Hoc ipso
anno natus est Octavius Augustus Cæsar,
D. Septemb. **XXIII**. De quo Suetonius
scribit, Nigidium comperta genitura
hora pronunsiasse, Dominum terrarū or-
bi genitum. Res igitur ipsa comprobauit
postea, quod non tantum ipse dominaretur
vniuersæ terræ, sed conditor quoq; totius
vniuersitatis rerū, cuius is typus erat, sub
ipso nasceretur. Quin et ex Mathan eodē
hoc anno Ioachimū in lucē editum fuisse
aiunt, qui aliàs Eli nuncupatus, Pater fu-
it putatiuus Mariæ virginis ex qua natus
est Christus. Ita nimirū destructa politia
Iudaica, Messiae regnum florere quasi cœ-
pit. Non sine omine facta sunt illa, aliquot
annis

annis ante partum Virginis. Mundi enim
agebatur annus 3903. Urbis vero 691.
Quo propior autē aduentus tempus acces-
sit Messiae, eò clariora extiterunt testimo-
nia. Nam sub ipsius Augusti Imperio,
Dei autem Filij natiuitatis tempore, pace
vbiq; locorum ac gentium parta Iani tem-
plum est clausum: largo riuo de taberna
quadam profluxit oleum per totum diem:
Vini saporem fontes ediderunt, circulus
ad speciem arcus caelestis Augusto Romam
ingredienti apparuit Solem ambiens: ali-
quot seruorum millia Dominis suis resti-
tuta, & sicuti ostendetur, tam præclarè et
omino se multa sunt acta, tum in Vrbe rerū
Domina, tum alijs in regionū ciuitatibus
ac locis diuersis, vt dubitari non posset,
quin exhibitus et natus esset autor ille ve-
rus pacis, non solum eius, quæ in hoc mun-
do expetitur, et sanè est optanda multum,
& secundum Poëtam, optima rerum quas
homini nouisse datum: Sed longè etiam

B

melior is

melioris et iucundioris, pacis nimirum cœ-
lestis, quæ facta est, ira placata & numi-
ne diuino hominibus reconciliato: & nunc
editum esse in lucem Regem illum præcis-
puum & eximium, quem, vt Psaltes ait
regius, Deus oleo præ cæteris unxerat,
vt homines sub Diaboli tyrannide laboran-
tes, Domino suo restitueret, iusticiæ co-
rona ornaret, & tum à peccatis, tum à vi
multiplici, ac hostium fraude virulenta li-
beraret, & vt breuiter multa complectar,
non solum conseruator esset, vindex, au-
tor, dator salutis & vitæ sempiternæ, ve-
rum etiam donaret nobis oleū læticiæ, Spi-
ritum, inquam, Sanctum; quo præsentem
instituente, mouente, confirmante corda,
intelligeremus, admitteremus, atq; retine-
remus benefici & donum omnium longe
præstantissimū, reconciliationis cum Deo,
peccatorum dimissionis, & sanctæ culpæ
vacantis vitæ coram Deo & hominibus:
Quocirca sicuti hæc et similia siue prodigia
siue

sine miracula, propria istius fuerunt signa
beneficij, quod promissū quidē antea, tunc
autem, veluti diximus, exhibendū erat de
consilio benignitatis & fauoris diuini im-
mutabili & certo: Ita nobis vniuersis &
singulis, vtpote quorum causa ista non mi-
nus, quam illius aetatis hominum fiebant,
hoc tempore merito consideranda sunt; &
opera simul praecipua impendenda, vt de
hac consideratione vtilitatis aliquid nobis
comparemus, neq; fortuito facta existime-
mus, sed ex collatione potius euentuum a-
nimos confirmando exuscitemus, si cuncta
vndiq; congruere rataq; esse, & certa ac
firma, quae consilio aeterno aeterni Dei con-
stitutā decretāq; fuerant, et prodigijs, mi-
raculis, alijsue testimonijs, & modis va-
rijs, praemonstrata, cernimus. Atq; ego
quidem cum ista maiori quadam animi at-
tentione, neq; tamen illiberali aut profa-
na contemplari cœpissē, ex veterum
tum Theologorum, tum Historicorum

monumentis, eiusmodi prodigiorum et miraculorum farraginem seu numerum haud contemnendum, mihi, hoc est, in meos usus privatos colligere primum & excerpere studui, quorum considerationem à doctrina sincerioris veritate non abhorrere arbitrabar. Quoniam etiam veterum auctoritate ex recentioribus non paucos, viros gravissimos, cum laude usos esse videbam, cuiusq; asscripto nomine locū ubi me quodlibet istorum legere meminisssem, annotavi, sic suum cuiq; laboris honorem auctori manere ratus, eoq; minus dubitationis scrupulum, veritate tot eruditorum testimonijs confirmata, superesse.

Animadverti deinceps hanc studij qualiscunq; elaborationem viris doctis & pijs, nec non amicis meis quibusdam præcipuis, non tantum probari, sed vtilem quoq; videri legentibus, si per typos euulgaretur: Nec defuerunt qui humaniter me vt alijs communicarem per sæpè inuitabant: Quo-
rum

rum quidem iudicio de me studijsq; meis
ex vera beneuolentia profecto, refragari
nolui, sed consilio & adhortationibus ipso-
rum fretus, prælo hasce pagellas, seu poti-
us collectanea subiyci tandem passus sum.
In quibus annotandis ego sanè feci non
quod volui, sed quod potui. Etsi enim du-
bium est nullum, quin hoc in genere prodi-
giorum multo plura tum euenerint, tum
passim memoriæ prodita legantur: Ego
tamen existimo, quod sicuti in summa or-
bis terrarum amplitudine Geographi, qui
totius terræ formam tenere se profitentur
multas & magnas orbis partes ignorant:
& qui in ciuitate maxima degunt, quan-
tumuis studeant, omnium domorum acta
cognoscere nequeunt: Ita Venia mihi quo-
que sit danda, si istorum quædam ignora-
rim, aut in perquirendis tot antiquorum
& recentiorum monumentis, vel non in-
uenerim, vel inuenta non obseruauerim.
Quod si præterea autorū tum sacrorū tum

prophanorum, qui seculo isto, quo Filius
Dei ex altis in hunc mundum prodibat,
fuerunt propiores libri tam multi non in-
tercidissent (. Non enim sine ingenti Ec-
clesiæ damno tam alibi passim, quam Chri-
sti anno 480. Bibliotheca centum &
viginti millium codicum (. heu quam pre-
tiosorum.) Constantinopoli absunta legi-
tur igne. Et postquam Gothi, Vandali
Longobardi, Normani, Saraceni, alijs
subinde Barbari totum terrarum orbem
cedibus & incendijs miscere cœpissent,
abolitis multorum lucubrationibus vtilissi-
mis, & absuntis autorum nobilissimorum
sudoribus & vigilijs quamplurimis, immò
penè innumerabilibus, summa lues, multis
lachrymis deflenda; Rempub. literariam
corripuit.) Si igitur, inquam, diuina illa
librorum optimorum suppellex, in toto
terrarum orbe, non sine magno labore,
& expensa ingente, conquisita, ho-
minum verò perditissimorum incuria,
atq;

atq; adeò impietate execranda, temporūq;
nihil non oblitterantium iniuria pernicioſa
non intercidiffet; aut eorum ipſorum ſal-
tem, quæ ab interitu præſeruata etiamnū
ſuperſunt ſcripta, licet mutila ſæpius,
manca & fœdè conſpurcata, alicui pelle-
gendi, copia, tempus & occasio conce-
deretur, fortassis haud deſerent, qui ſtudij
ſui aſſiduitate & industria, inquirendo &
quaſi ex vberriſimis et vernantiſſimis cam-
pis colligend; aliquido præſtare conaretur,
tametsi res immenſi futura eſſet negotij,
atq; fermè infiniti. Fruamur igitur inte-
rea Dei beneficio, quibus poſſumus, donec
qui & eruditione & rerum plurimarum
cognitione præcellunt, meliora nobis et au-
tiora communicent. Illa autem quæ re-
cito, licet, quod aliqui ſolū optant, in ſcri-
ptura, quam Orthodoxã, ſacram, Canoni-
cam nuncupamus, non reperiuntur omnia:
cognitione tamen vt ſpero ſunt iucunda,

&

¶ Voluptate sua liberali non careat: Sicut dubio procul minus frustra tempus perdidisse videbuntur, si aliquid otij, lectioni horum tribuerint ij, qui aliàs fœdiora sæpe et turpiora, et à pietatis religione prorsus abhorrentia, obscœna, inquã, amatoria, vel eius farinæ alia, non sine sumtu, meliorisq; temporis iactura, legere consueverunt. Eam igitur diligentiam meam, in prodigijs hisce, rebusq; mirabilibus colligendis ¶ emittendis adhibitam, quò gratior esset legentibus, neq; patrocinio prorsus careret, vobis, viri dignitate reuerenda, nobilitate generis, ac eruditione virtutumq;, laude eximia præstantissimi, dedicare, ¶ cum ea qua par est cõpellationis reuerentia, peculiari quasi assignatione transmittere placuit: quos ¶ ipsos non ignoro eiusmodi studijs et lectione rerum antiquarum apprimè delectari, ¶ optime iudicare de ijsdem posse.

Neq; dubito, quin pro vestra humanitate,

te, qua multis antecellitis & pro virtuti-
bus amplissimis, diuinitus vobis concessis,
prudentia, puto, agendi dexteritate, eru-
ditione, iusticia, & (.qui inter hæc excel-
lit.) religionis orthodoxæ amare, & huius
conseruandæ studio singulari, hoc officiū,
atq; verius audaciam meam, qua munu-
sculum non pro vestra fortuna splendida,
magnum, sed pro mea tenui copia paruum
& exiguum defero, & tanquam è spicile-
gio manipulum consecro, boni sitis consul-
turi: præsertim si cogitetis, quandam et-
iam in accipiendo, id quod maximis auto-
ribus visum fuit, liberalitatem inesse, neq;
minus splendidum atq; magnificentum iudica-
ri, parua hilariter accipere, quam interdū
maxima donare. Docuit idipsum exem-
plo suo Artaxerxes Persarum Rex præ-
stantissimus, cognomento $\mu\upsilon\upsilon\iota\mu\omega\nu$: Cui
nullum vnquam munus offerebatur tam
exiguum, quemadmodum Plutarchus me-
morat, quin istud & lubens, & alacritate
animi

animi egregia reciperet, καὶ προθύμως, ut
ipsius Plutarchi utar verbo. Quod quidē
vos quoq; ita, quemadmodum dixi, factu-
ros, & humanæ erga me affectionis bene-
uolentiam conseruaturos, absq; vlla dubi-
tatione persuasum habeo. Valete felici-
ter in Domino. Lucenæ D. V I. M. Ia-
nuarij seu Theophaniorū Trium Regum,
qui oblatis muneribus Iesum agnoscebant,
& ut verum Messiam exhibitū in Beth-
lehem, adorabant. Quo & ipso die memo-
rabili, non solum sanctissima Trinitas,
hoc est, tres diuinitatis personæ distinctæ
in vna et eadem essentia sese patefecerūt,
dum Iesus Annos XXX Inatus, in Ior-
dane, à sancto Precursore Iohanne, pri-
mo noui testamenti Doctore, & Agnum
Filiumq; Dei, digito monstrante, baptiza-
batur: Matth. 3. Verum etiam ipse Chri-
stus, secundum Epiphanium, miraculo pri-
mo inclaruit, in nuptiarum celebritate in
Arundineto seu Cana Galilææ, aquam in
vinum

vinum conuertendo. Ioh. 2. Et sicuti quidam scribunt, post anni spatium elapsum, pendentem ex ore suo cælum, primò cælesti suo ac viuifico dignauit cibo, animas auditorum sustentante ad vitam & læticiam eternam, & postea esurientem & penè deficientem in via miraculosè pavit in viridi gramine, & quinq; panibus, duobusq; piscibus 5000. hominum aluit & sustentauit.

Anno Christi M. D. XCI.

Reuerend. Dignitat.
& Amplitud. Vestr.
Subiectiss.

M. Benedictus Dubenus
Lucensis.

MIRACVLA ET RES MI
RANDAE, QVAE CIRCA TEMPVS
natiuitatis, hoc est, paulo ante, in, &
non multò post natiuitatem
Christi euenerunt:

Multa magna ac stupenda signa
ac miracula sub Domini nostri Iesu Chris-
ti aduentum atq; natiuitatem edita fuisse
se in coelo & terra fide digni scriptores
passim memoriae prodiderunt. Etsi autem, vt Atha-
nadius dixit, sufficiebant hac quoq; in parte scripturae
sanctae & diuinitus inspiratae, ad omnem veritatis in-
structionem: Certissimum tamen est, valde confirmare
infirmos per spectationem consentientium testimoniorum,
quae vndiquaq; cancellis quasi includunt, & de rei ges-
tae veritate conuincunt animos dubitantes & ad altio-
rem cogitationem accendunt. Horum igitur testimoniorum
consideratio, cum sit non tantum iucunda, sed etiam
perutilis, nec à pietate aliena, nunc illa praecipua, quae
modo in natura edita, alijsue modis gesta sunt, & quae
studio qualicumq; nostro extare observauimus in histo-
rijs tum Ecclesiasticis, tum Romanis, de Christi Iesu
Saluatoris nostri incarnatione atq; aduentu sonantia,
subijciemus & paulisper considerabimus.

I.

Quando Christi Iesu ineffabile, pietatis & amor-
ris erga

ris erga genus humanum, maximumq; inenarrabilis
partus perficiebatur mysterium, tunc factus est hiatus
siue ruina cœli, viam quasi præbentis Angelis delabens
ribus.

Luc. 2. 9. Georg. Fabric. lib. 1. amor filij, eleg. 5.
Vidimus insolito discedere lumine cœlum
Nec frustra cœli gloria visa fuit.

II.

Angelus de cœlo descendit nuncius natiuitatis Chris-
ti, et glorificans Deum, Pastoribus autē vigilantibus et
excubantibus, seu vigilias noctis agentibus super gre-
ges, natiuitatem annuncians pastoris animarum suas-
rum, & futuram orbi leticiam, per eum, qui genitus
esset. Luc. 2. 6. 10. Nicephor. lib. 1. histor. Eccles.
cap. 12. Sedulius: Pastoribus ille creatus
Emicuit, quia Pastor erat. &c.

Existimatur autem Angelus iste Pastoribus hoc
nuntium de nato Christo attulisse in EDER vel ADAR,
turri non ita longo itinere sita ab Ephrata siue Bethles-
hem. Erat enim hæc turris, cuius mentio quoq; fit Gen.
35. & Ios. 15. extructa ibi in pascuosissimo loco, vt es-
set domicilium gregis, in quod & pastores se recipere
contra cœli iniuriam & tempestates, vnde absq; dubio
nomen accepit, siquidem, Eder, gregem aut pecorum
collectionē significat, DER herde oder vieh thurn.
D. Hieronymus sanè in traditionibus Hebraicis: Si se-
quamur, ait, ordinē viæ, pastorum iuxta Bethlehem lo-
cus est, vbi vel Angelorum grex in ortu Domini cecis-
nit,

nit, vel iacob pecora sua pavit, loco nomen imponens;
vel, quod verius est, quodam vaticinio futurum iam tunc
mysterium, monstrabatur. Idem Hieronymus addit,
Eder postea mutatum fuisse in templum, quod eandem
ob causam, apparitionis Angelorum in Christi natiuita-
tate, suo tempore dictum sit: **ANGELVS AD PASTO-**
STORES. Et tradiderunt idipsum Nicol. de Lyra
Luther. in Genes. Tom. 6. oper. latin. VViteberg. fol.
534. Henricus Bunting. in Itinerar. sacrae scripturae
part. 2. pag. 6. dicit istud templum ad hunc vsq; diem
extare. Videntur de hac turri & Beda in Luc. cap. 2.
lib. 1.

III.

Multitudo quoq; angelorum apparuit, seu militiae
coelestis, & leta cohors, leto Regem clamore salutans
vt Vidas canit, laudans **DEVM** & dicens: Gloria in
excelsis Deo. &c.

IIII.

Fulgur & insolita claritas syderum scuta est, gra-
tulantium videlicet stella iacob, recens exorta. Nume.
24. Luc. 2. a. 9.

V.

Nox & tenebrae in lucem clarissimam mutatas
sunt, Pommerius serm. 1. de Natiuit Dn. Fabric. lib. 1.
Amor Filij Dei, eleg. 5.

Nox mutat tenebras in tempora clara diei

Qualia nostra aetas chasmata sepe videt.

VI.

A 2

Maria

Maria virgo propinquo suo desponsata, seruat
casta: Angelus Iosepho per somnum loquitur & sponsam
eam accipere iubet: Deus vero nascitur homo: Et
virgo Mundi Saluatorem generat, quemq; totus mundus
capere non poterat, cum quasi in angustum cubiculum
uteri sui hæc sola recipit, foeta sancto spiritu: Et virgo
manet post partum: (Chrysostom. homel. 1. in Matth.
oper. Tomo. 2. Colum. 750. & 751)

Atq; hoc quidem omnium maximum est miraculum
quod unquam euenisse legitur. Quid enim maiorem has
bet, ut sic loquar, admirabilitatem, quam Deum homi
nem nasci: Virginem

Sub lege uteri, sine lege mariti, ut Prudent. canit,
gravidari à Spiritu sancto, & eandem illesa virginitas
se matrem fieri:

Clausa ingrediens & clausa relinquens,

Ut Sedub. ait. lib. 2. Carm. pag. 151.

Virgo Maria nitet nullo temerante pudorem

Post partum pueri, Virgo Maria nitet:

Filius hic hominis fit maxima questio mundi

Nobiscum Deus est, filius hic hominis. Idem in

Hymno carminis Reciproci. Qua de re & Prudentius

in Apotheosi contra Homousios scripsit:

Incomperta ortus nouitas, iubet ut Deus esse

Credatur Christus sic conditus. Innuba virgo

Nubit spiritui, vitium nec sentit amoris.

Pubertas signata manet, grauis intus, & extrâ

Incolumis, florens de fertilitate pudica.

Iam mater, sed virgo tamen, maris inscia mater. &c.

VII.

D. Basilius Magnus Archiepiscopus Cæsareæ Capa-
 padocæ, homelia in Christi natiuitatem, de Maria sem-
 per virgine sic scripsit. Argumento etiam est historia
 de Zacharia, quod perpetuo Maria virgo manserit.
 Sermo enim is est, qui quidem ex traditione ad nos per-
 uenit, quod Zacharias virginum coetui Mariam post
 Domini conceptionem, annumerans, à Iudæis occisis sit
 inter templum & altare, accusatus à populo quasi hoc
 facto admirabile & omnium ore celebratum signum
 parare, moliriq; conaretur: Virginem parituram, neq;
 virginei pudoris decus & claustra lesuram esse. Sancti
 Iacobi Proteuangelion aliam necis Zachariæ causam
 addit. Quando enim Herodes infantulos Bethlehemi-
 ticos omnes à biennio & infra, quemadmodum postea
 indicabitur, interfici iusserat: Elisabetham conscendis-
 se, perhibet, in montana, ibiq; cum filio receptum à
 monte diuinitus diuiso, quandoquidem locus absconsio-
 nis alius deesset: Postea vero Herodem per ministros
 ex Zacharia percontatum, quò filium suum Iohannem
 abscondisset: Cui, mortem minitanti Zacharias his
 verbis responderit: Ego sum ministrans DEO & ad-
 sisto templo Domini, nec noui ubi sit Filius meus &
 quod nesciam Deus est testis. Tu si vis funde sanguinem
 meum, Spiritum autem Deus recipiet, quia sanguinem
 innocentem fundis. Atq; ita in templi Dei vestibulis
 circa interseptum Zachariam esse occisum. Intranses
 autem Sacerdotes & Zachariam quærentes inuenisse
 quidem factum et laquearia ululantia, et fissa à summo

vsq; deorsum, corpus autem non reperisse sed tantum
sanguinem eius in templi vestibulis instar lapidis factum.
Thalmud, in Cittim, siue dotibus de Zacharia refert, sanguinem hunc ita obduratum, postea vehementer incitari & feruere & bullire incepisse cum Titus caperet Hierosolymam, manesq; Zachariae clamasse: *litate milites, litate milites Zachariae manibus, perfracta populi magnatumq; occisi innocenter: litate, inquam, & sanguinem meum sanguine illorum compefcite: litate, inquam, donec ipse vobis dicam, sufficit, & meum sanguinem quiescentem videritis: Indeq; factum esse, ut quicquid esset sacerdotalis, Principalis, iudicis, & generis & magnatum in Hierusalem sit iugulatum super ipsum sanguinem, nec prius desierit bullire, quam dixerit Imperator, nil superesse magnatum, sed solum populum: ac tunc quidem sanguinem cessasse.*

VIII.

Stella noua & plane insolita exorta est, praeuidens gentibus, & deducens Magos ad Christum, ut ipsum adorarent, & ei offerrent munera.

Aurumq; & thuris glebas, stactaeq; liquores, secundum Vidam: parendo nimirum Regi fide: colendo Pontificis precibus: Sustinendo tristitia et mortem, patientia. Nam, ut D. Fulgent. ea munera interpretatur, Serm. de Epiphania. Per aurum Christi regnum, per thus eius Pontificatus, per Myrrham mors significabatur: Thus ad sacrificium, aurum ad tributum, Myrrha ad sepulturam pertinet. Hinc Sedulius:

Aurea nascenti fuderunt munera Regi,

Thuris

Thura dedere Deo, Myrrham tribuere sepulto.

Et Iuuenius.

Aurum, thus, myrrham Regi; Homini; Deo;
Dona ferunt. &c.

Istius stelle meminerunt, Matth. c. 2. Nicetor. lib.
1. histor. Eccles. cap. 13. Dion Niceus in Augusto, mi-
hi pag. 28. Chrysostom. homel. 6. in Matth. c. 2. Hac
stella, ut Chalceidius super Timaeum Platonis, inquit,
non fuit merbos aut mortem denuncians, sed aduentum
memorabilis Dei &c. Petr. Galatin. lib. 4. de arcan.
Cathol. veritat. cap. 10. Ea fuit illustris stella quae
magnam attulit lucem doctrinae, largita est lucem cor-
dibus, illa; eterna luce donavit, & monstratrix fuit
vie ad veram stellam, seu verum lumen quod tum in
mundum venerat. Basilius. Legatur & Garcaus in Mes-
teorologicis part. 1. folio 73 a.

IX.

De Magis Chrysostomus in secundis commentariis
is 5. 2. cap. Matthei, narrationem contexuit mirabilem
his verbis: *Audui aliquos referentes de quadam scrip-
tura, etsi non certa, tamen non destruentem fidem, sed
potius delectante, quoniam erat quaedam gens, sita in
ipso principio Orientis iuxta Oceanum, apud quos se-
rebatur quaedam scriptura, inscripta nomine Seth, de
apparitura hac stella, & muneribus huiusmodi ei offe-
rendis, quae per generationes studiosorum Icmi u. Patri-
bus referentibus Filijs suis habebatur deducta. Itaq;
elegerunt seipsos duodecim quidam ex ipsis studiosiores,
& amatores mysteriorum caelestium, & posuerunt se
A 4 ipsos*

ipsos ad expectationem stelle illius. Et si quis moriebatur ex eis, Filius ipsius, aut aliquis propinquorum, qui eiusdem voluntatis inueniebatur, in loco constituebatur defuncti. Dicebantur autem Magi lingua eorum, quia in silentio, & voce tacita Deum glorificabant.

(Non igitur Carminum fuerunt superstitiosorum & præstigiatorum artifices, quos hodie Magos nuncupamus: Sed viri sapientes & docti, vel ex Arabia, ut sentit Iustinus Martyr, vel Perside e Danielis schola: Theophilactus arbitratur, de Biliami eos fuisse posteritate. Augustin. vero Tom. 3. lib. 1. ca. 4. de Stella Magor. ex regione Euilath ipsos venisse affirmat. Absq̄ autem dubio ex Hebræo מַגִּי, Maga, id est, mouit in corde, inquisiuit, medicatus est, deducitur Magiæ appellatio, ut eadem sit quæ Græcis & Latinis est Musa: Indeque Magistri nomen factum esse videtur, & Magistratus, quod præcipua illis cura incumbat, ut in rebus sibi demandatis, seu quibus præsent, meditando & inquirendo, nec non monendo & demonstrando, præ alijs diligentiam, ac sollicitudinem adhibere debeant, & soleant.)

Hi ergo per singulos annos, post messem trituratorem, ascendebant in montem aliquem positum ibi, qui vocabatur lingua eorum, Mons victorialis, habens in se quandam speluncam in saxo; fontibus & electis arboribus amœnissimus: in quem ascendentes, & laudantes se offerebant, & laudabant in silentio DEVM tribus diebus. Et sic faciebant per singulas generationes, expectantes semper, ne forte in generatione sua stella illa beatitudinis oriretur, donec apparuit eis descendens super montem illam victorialem, habens in se formam, quasi
pueri


pueri paruuli, & super se similitudinem Crucis: Et locuta est eis, & docuit eos, & precepit eis, ut proficiscerentur in iudeam. Proficiscentibus autem eis per biennium precedebat stella, & neq; esca, neq; potus defecit in peris eorum. Cætera autem quæ gesta referuntur ab eis, in Euangelio compendiose posita sunt. Tamen cum reuersi fuissent, manserunt colentes & glorificantes Deum studiosius magis quam primum, & prædicarunt omnibus in genere suo, & multos erudierunt. Deniq; cum post resurrectionem Domini Thomas Apostolus isset in Prouinciam illam, adiuncti sunt ei, & baptizati ab eo facti sunt adiutores prædicationis illius. &c. Hæc narratio extat Tom. 2. oper. latinorum Chysostom. columna 754.

X.

Petrus de Aliaco, Cardinalis fuit & Episcopus Cameracensis, et multa scripsisse legitur haud vulgaria, aut contemnenda, tum ad Theologiam, tum ad Philosophiam pertinentia. Vnde passim ab eruditis eiusdem scripta citantur. Vixit autem circa Concilium constantiense, Christi vero annum 1414. Et vnà cum Ioanne Gersono Parisiensi Cancellario, iussu Imperatoris Sigismundi, in ipso Concilio, multos obtulit articulos, secundum quos putabat Curia Romana & Pontificiorum corruptissimos mores reformandos ac corrigendos, credines Monachorum inminuendos, ieiuniorum abusus, preces & cantus Canonizantium prolixos abolendos & rationes illas artificiosas corradendæ à fidelibus pecunie præscindendas, superflua festa, vnà cum reliquis abusibus tollenda, & Ecclesie statum in Papatu tristissimum, prorsus emendandum: &c.

Is igitur, inquam, vir grauiſſimus, ingenio, ſapientia, doctrina literarum, eruditionisq; vtiliſſima copia præſtantiſſimus, in quaſtione 30. ſuper Geſin: & libro de legibus & ſectis ſuper ſtellam Magis in Oriente conſpectam, tradidiſſe perhibetur: Magos illos, qui tempore natiuitatis Chriſti Hieroſolymam venerunt, Aſtrorum & ſideralis ſcientiæ peritiſſimos, præter cætera ex Aſtologicis quoq; contemplationibus, prænoſcere quodammodo potuiſſe futuram Chriſti natiuitatem & vitam, non tamen ea certitudine, qua poſtea creatum Chriſti noua ſtella præmonſtrante cognouerunt. Eſi enim Chriſti conceptio, cuiusq; natiuitas ſtupenda & admiranda, omnes cœlorum vires, atq; naturæ facultates vniuerſas accedunt: veri tamen ſimile eſt, neq; aſſerere impium, quod ſicuti in crucifixione Chriſti & morte admirationem merebatur obſtupenda & triſtiſſima facies cœli, denſiſſimis tenebris ſuper vniuerſam terram obortis, tum noua & inuſitata ſpecies Solis atq; ad cœli vniuerſam naturam, quæ ſocietate ægritudinis Chriſti afficiebatur, & quaſi compatiēbatur: Ita etiam in alijs quibus naturæ cœlorum, & aſtrorum virtutes, tanquam ancillæ Domino ſuo ſamulantes, amica lumina & benignos influxus, quos à Chriſto acceperant, naſcenti Chriſto ſuppeditarint: vt propterea fieri potuerit, Magos, vtpote aſtrorum peritiſſimos, præter recentis aſtris ſtellæq; nouæ apparitionem, quam ipſi meritò ſuſcipientes mirabantur, & mentem nequibant explere videndo, vt poëtæ verbis vtar, etiam duobus alijs iudicijs præſciſſe naſciturum inſignem religione, imperio et glo-

via virum, primò ex magna quadam Iouis & Saturni
 coniunctione: qui anno ante Seruatoris nostri ortum,
 sexto in signo Cancrì colerunt, prædicentibus cunctis
 illorum temporum Astronomis, portendi magnum reli-
 gionum mutationem: Secundò ex obseruatione consti-
 tutionis cœli, quam habuit ipsa Christi natiuitas, quæ
 incidit in annum Octauij Augusti XLII. VIII. Calen-
 das Ianuarij, ante noctis dimidium. Fuitq; in ea hores-
 scopus pars Virginis octaua, quæ religionis immutatio-
 nes significat: & in cœli culmine Saturnus, in um cœli
 tenente Sole, cæterisq; Planetis eo ordine dispositis, quem
 Astronomicum schema sequens, representat, delincas-
 tum ad latitudinem Hierosolymitanæ urbis, distantis ab
 Equatore partibus sex & triginta.



Hanc

Hanc Aliaci sententiam longè antea professus fuit Albertus, propter doctrinam & rerum multarum experientiam suo seculo Magnus, qui in libro, cui speculi titulum imposuit, referens descriptionem signi Virginis, ab Albumazare Astronomo traditam, ita scriptum reliquit: Albumazar in suo maiori introductorio, Tractatu. 6. Ascendit, inquit, in prima facie illius signi Virgo pulchra & honesta, habens in manu sua duas species, & nutrit puerum, & vocat ipsum puerum quædam gens Iesum: & ascendit cum ea stella Virginis. Hec ille. Nos autem scimus, inquit Albertus) quod sub ascendente eiusdem Virginis natus fuit Dominus noster Iesus Christus, cum hoc, quod æquatio motus octavæ Sphæræ in tempore eiusdem fuit octo graduum, & triginta minutorum, secundum calculationem certissimam & quod ipsa erat tunc minuenda de locis Planetarum inuentis per Canones, non quia subiacent stellarum motui, aut eorum iudicio natorum desideratissimus, qui creauerat ipsas stellas: Sed quia cum extenderet cælum, sicut pellem, formans librum vniuersitatis, noluit literis eiusdem deesse ex his, quæ secundum prouidentiam suam in libro æternitatis sunt scripta, etiam illud elegantissimū a natura, quod de Virgine nasceretur, ut profecto per hoc innueretur homo carnalis & verus, qui nō naturaliter nascebatur: non quod cœli figura causa esset, quare nasceretur, sed potius significatio, inmo et vero verius ipse erat causa, quare modus admirandæ suæ natiuitatis significaretur per cælum. Hactenus Albertus.

XI.

In Christi Seruatoris aduentu Romanum Imperium
auctum est, & rerum administratio, ad vnus Principis,
quod antea ex omni parte factum fuerat nunquam, po-
testatem summam peruenit: vt nimirum Prophetarum
adimplerentur vaticinia, & indicaretur, Christum Re-
gem omnium esse Regum & Dominum dominantium;
per quem Reges gubernant terræ, quiq; subicit sibi om-
nem Monarchiam, vt habetur ex visione Danielis,
cap. 2. g. 44. 45. in statua comminuta à lapide, videlicet
et Christo exciso sine manibus à monte; cui deniq; vnus
Pater daturus esset iudicium. &c. Nicephor. lib. 9.
Ecclesiast. hist. cap. 50, Eutrop. lib. 7. Chronic. Ana-
tonini Episcopi Florentini.

XII.

Terra quoq; secundum Haggæi vaticinium tunc
mota fuit varijs portentis, quæ eisdem temporibus toto
orbe facta sunt, bobus scilicet loquentibus, serpentibus
per aëra volantibus, pueris ex matrum uteris verba
quedam proclamantibus, feminisq; in masculinum sex-
um mutatis &c. Galatin. lib. 4. de arc. Cathal. verit.
cap. 10. Zonar. Tom. 2. Annal. Dion in Augusto mis-
hi, pag. 89. Ioach. Camer. de Cometis. pag. 33. Sucton.
in Augusto Nō. 97.

XIII.

Omnes fatidici spiritus Christo nascente obticue-
runt, & tanquam rane in Scripho obmutuerunt, de ser-
tisq; nequitie suæ latebris cesserunt, non sponte, sed co-
acti horribili metu omnipotentie Christi, & æternæ
condem-
nationis.

condemnationis, quam instare iam atq; imminere cer-
nebant. Norant enim eò Christum missum, ut destrues-
ret opera diaboli, & generi humano integrum restituis-
to opitularetur, contra sæuam ipsorum rabiem ex Zas-
chariæ Prophetijs, multò ante diuina voce traditis; Sic
enim Zacharias inquit: Erit in die illa, dicit Dominus
exercituum, excindam nomina idolorum, ne eorum ul-
tra mentio fiat, tum & Prophetas, & immundum è ter-
ra expellam. &c. Extat autem inter Sibyllinos quoq;
versus vaticinium simile de abolitione oraculorum,
quod etsi ex euentu contextum, insertumq; mutilo car-
mini videtur, alludit tamen ad Zachariæ Prophetiam:
Ῥωμὴ μὲν ῥύμη ἔσεται, καὶ Δῆλος ἄδῆλος.
καὶ Σάμος ἄμμος.

Roma ruct, Delus nusquam deleta patebit.

Fiet arena Samus.

Et Insulæ Deli, in qua Apollinis templum fuit, des-
uastationem Delphicus Dæmon non obscure innuit
eo versu, qui extat apud Herodotum, Erato lib. 6.
κινῆσω καὶ Δῆλον ἀκίνητον περ ἔσσομαι. &c. hoc
est: Et Delon, quamuis sit adhuc immota mouebo.
Verum de his legantur Euseb. lib. 5. de præpar. Euang.
cap. 8. 9. 10. Et lib. 2. de vita Constantini. Theodore.
lib. de oraculis. Plutarch. in libro de abolitis Oraculis.
Oros. lib. 6. cap. 16. historiarum aduersus Paganos.
Augustin. in lib. 6. de C. Dei, passim, Rhodogin. anti-
tiq. lect. lib. 8. cap. 15.

Placet huc etiam Apollinis aliquot Oracula, cum
non sint multorum in manibus, de sui abolitione adscri-
bere

tere. Et primum quidem est, quod ipse de tribus numi-
bus siue hypostasibus pronunciauit.

Μη ὄφελος πύματορ μέ υἱῶν ὕσατορ αὐτορ ἐρέω
Δύσωε προσπόλωρ, περί θεσπεσίῳ γενετῆρος.
Ἄμφιτε κλυγέτοιο, πανομφαῖδ βασιλῆος.
καὶ ὠνοῆς, ἢ πάντα περίξ βοτρίδ' ὄρ εἶχει,
Ὀυρεα, γλώ, ποταμῶν, ἄλη, τάρταρον, ἠέρα, πῦρ τε,
ἢ με υἱῶν ἐθέλοντα δόμων ἀπο τῶνδε διώξαι,
αὐτίκα εἰρημαῖορ ἢ λελείφεται οὐδ' ὄρ ἀφίτωρ
Hoc est.

Ne me utinam supremum, infelix ipse Sacerdos,
Sciteris de sancto ac diuino Genitore:
Et sobole chara, regis magni induperantis:
Et flatu, qui mundum astrictum continet omnem,
Montes, tellurem, fluuios, mare, tartara et ignem,
Aëraq; heu templis is me discedere ab istis
Coget: linquetur, quo edebam oracula, limen.

ALIVD APOLLINIS DE
aeterno Deo rogati, & deplorantis
vna suum interitum.

Ἦν Ζεὺς ὅσι τε νῦν Ζεὺς, ἢ ἔσεται, ὦ μεγάλε Ζεῦ
Ὅι ὅι μοι θεσπέσιον ὑπολαβεται ἠριγένεια.
Erat Iupiter, est nunc, et erit, o magne Iupiter,
Heu mihi deficit oraculorum claritas.

ALIVD.

Contra eum, qui aduersabatur Byzano, conditori
Byzantij metropolis Thracie, a quo nomen hac vrbs
accepi t,

accepit, sed postea Constantinopolis dicta fuit à Con-
stantino Magno, eò sedem Imperij transferente:
Οἱ οἱ μοι τρίποδες συναχίσετε, οἶχετ' ἀπόλλω.
Οἶχετ', ἐπεὶ φλογεῖ με βιάζεται θρανίου φῶς.
Heu, heu, tripodes plangite, obit Apollo,
Obit, quoniam flammans coelestis lux, vim adhibet.

Quid vero per Tripodes intelligatur vide apud
Suidam in τὰ ἐκ τρίποδος. Et D. Erasmus Roterod.
Adag. Chiliad. 1. Centur. 7. Prouer. 90.

XIII.

Simili modo & Idola, vt annihilata, à Dei Filio
nascente passim corruerunt, praesertim verò in Aegypto,
regione superstitionibus refertissima, & tum quidem
maximè, cum Christus puer seuitiam Herodis effugiens
in Aegyptum à matre deportatus venit, & mataree,
quam vocant Aegyptij, latuit. Et sicut traditur, non fuit
it templum in Aegypto, in quo nō corruisset idolum iux-
ta Ezechielis vaticinium cap. 30. d. 13. Sic Dominus
Deus dicit: Ego perdam idola, & efficiam vt cessent
simulachra, à Noph, siue Memphis, quae Metropolis est
Aegypti. &c. Chronicon Martini lib. 2. pag 104. Cor-
nel. Gemma lib. 1. Cosmocritic. cap. 9. pag. 220. edition.
Plantin. Nicephor. lib. 11. histor. Ecclesiast. capite 31.
Rodolph. Gualterus homel. 7. in Sophon.

Porphyrius Christianorum hostis acerrimus, in
libro quem contra Religionem Christianam scripsit,
idem confirmare videtur, inquiens: nunc vero miramur,
si tam multos annos peste ciuitas vexetur, cum & Aescus
lapius, & alij Dij longè absint ab ea. Postea enim
quam

quam Iesus colitur, nihil utilitatis à Dijs consequi possumus &c.

Perhibent autem iamdudum Ieremiam Prophetam, quando in Aegyptum post mortem Godolix descenderat, signum sacerdotibus Aegyptijs dedisse, quod oporteret simulacra ipsorum concuti, & decidere per Seriatorem puerum ex virgine natum, & in praesepe depositum. Ob quam praedictionem gens illa virginem in lecto, & infantem in praesepe collocatum quoque dudum fertur adorasse. Cuius causam aliquando Rex Ptolemeus cum fuisset percontatus, responderunt Aegyptij: *Mysterium hoc esse ipsis à maioribus traditum, quod illi à sancto Propheta accepissent.* Pomerius serm. 1. de Natiuit. Domini: Et, *Historia scholastica.* Item. D. Mich. Barth.

XV.

P. Virgilius, quem D. Hieronymus, ad Paulinum, affirmat sine Christo Christianum fuisse, & D. Augustinus sentit, Spiritum sanctum per os inimicorum locutum esse, cum in versibus sibyllinis legisset, per illa tempora etatem futuram auream, & admirabilem quendam puerum nasciturum, ac cogitaret, non aliunde futurum quam de Romanis, qui orbis vniuersi essent Domini, totum vaticinium in Ecloga quarta, (quae Christianis ita probabatur, ut Graeci hanc graece conuerterint, eiusque versibus secundianus Pictor & Marcellianus Orator Christiani facti sint.) accommodauit puero Salonino, qui Asinio Pollioni, Salonis in Dalmatia à se victis, natus erat Filius. Verum hic mox in tenera aetate mortuus est, ut eo ipso doceretur, gloriam

B istam

istam non deberi Pollionis Filio sed soli Christo, puerulo
NOBIS nato, & Filio nobis dato. Euseb. lib. 5.
de vita Constantini Magni.

XVI.

De templo Pacis Romæ constructo consultus Apol-
lo quamdiu hoc duraturum esset, respondit: Donec
virgo pareret. Cumq; ratio humana nature cursum
intuens, nulli vnquam virgini partum decernere posset,
fama percerebuit, istud templum fore æternum, & titu-
lo in foribus templi scripto, vocauerunt illud: PACIS
TEMPLVM ÆTERNVM. Verum corruit
ea nocte qua virgo Maria Christum enixa est, ne scilicet
alibi pax alma quæreretur, quam apud hunc natum
Messiam, qui Princeps pacis nuncupatur ab Esaia c. 9.
Orosius. Comestor. Pomerius, siue, ut à nonnullis vocatur
Ponserius. D. Ioan. Garceus in Meteorolog. cap.
de Terræmotu fol. 394.

XVII.

Similiter & Romuli statua (quam is posuerat, di-
cens: Non cadet donec virgo pariat.) perhibetur con-
cidisse in Romuliano Palatio, tempore natiuitatis Chris-
sti. Chronicon Martini lib. 2. Pomerius Serm. 1. de
Natiuit. Domini.

XVIII.

In vrbe Romana artifex quidam (Virgilium Ma-
ronem aliqui existimant, cuius sanè magnum in omni
disciplinarum genere, maximum verò in Physicis, nec
non in Astrologia et Mathematicis studiū fuit.) palatis-
um extruxit, in cuius pinnulis singularum regionū cir-
sumiacentium effigies ex ligno ita erant fabricatæ, ut
si

si una Romanis obniteretur, ei additum tintinnabulum,
sonaret: Cataphractus autem in vertice Palatii equo in-
sicens, hastam in eam regionem vibraret: &c. Inter-
rogatus vero artifex de duratione eius operis, similiter
respondisse fertur: tam diu duraturum, quousque virgo
pareret. Nocte igitur natalicia Domini deinceps id
concidisse scribitur. Vide Chronicon Martiniarum
lib. 2. pag. 104. edit. Plantinae.

XIX.

Eutropius lib. 7. & Paulus Diaconus narrant,
quod per idem tempus, quo Christus nascebatur, vel, ut
nonnulli scripserunt, eodem die, Romae in Transtiberis
na regione, olei fons largissimus, de tuberna meritoria
(ubi nimirum emeriti, ea olim quae suis stipendijs me-
ruerant in soluendo expendebant.) erumpens, per to-
tum diem perpetuo manavit fluxu. Quo flumine absque
dubio larga & effusa Iesu Christi quem, ut Psalmus
ait, unxit Deus oleo, praeter ceteris, gratia significata fuit,
& singularis & eximij Regis, Mundi uniuersi Sal-
uatoris aduentus, indicatus. Id quod & Sibyllinis
oraculis fuisse praedictum accepimus: Non nasci scilicet
Saluatorem nisi fons olei erumperet. Id ipsum au-
tem memoriae prodidit Martinus Polonus Episcopus
Consentinus. Videatur Oros. lib. 6. cap. 18. Et Chro-
nic. Eusebij pag. 67. Et Petr. Galatin. lib. 4. cap. 10.

XX.

Theophilus quidam, citante Pomerio, scripsit
quod hora natiuitatis Christi, mel per uniuersum mun-
dum de aere pluerit super terram. Verum id apud

B 2

probas

probatiores alios ego quidem non legi. Sēntiat igitur
de eo quisq; quod volet.

XXI.

Alibi quoq; fontes quamplurimi per id tempus in olei
liquorem conuerti leguntur. Quibus, Eusebio dicente,
Christi gratia in gentes, & secundum Orosium, eius-
dem aduentus, significabatur. Atq; hoc quidem mirā-
culum eò maius existimabatur, quòd, sicuti Adamus
Reusnerus, in vrbis Hierosolym. descriptione, & Theo-
phrasto et Fēnestella refert, cum prioribus annis oleum,
tam Romæ quam in Italia, non inueniretur, tamen hoc
tempore tanta eius esset copia, vt in omnes inde Prouin-
cias mitteretur.

XXII.

Sed & alij fontes vini saporem habuisse memorantur.
Orosius. Platina. Adamus Reusnerus in descriptione
historica vrbis Hierosol. fol. 96 a. Vnde Georg Fas-
brius, lib. amorum Filij Dei, Eleg. 5. sic canit: ipsi os-
leo manant fontes, ofobalsama sudat.

Arbor, inest vini fluminibusq; sapor.

Atq; hinc fieri potest, vt in tanti miraculi memoriam
huic nocti & reliquis subsequētib; nomen sit impos-
situm, **Wein nacht**: Cuius quidem appellationis alij
rationes alias adducere solent: De quibus consulatur
CL. V. Matthei Dreseri libellus, quem is de Festis
Christianis, & precipuis anni partibus, edidit. pag.
167.

Vince,

XXIII.

Vineæ, & Balsami stirpes Romæ floruerunt illis diebus, & liquorem simul protulerunt, testimonium perhibentes de gratia effusa, & vera vite nata, quam seipsum Christus in scriptura vocauit, Orosius. In primis autem, multi ex ijs, quos hætenus citavi auctores tradunt, ex arbore opobalsamum, hoc est liquorem balsami, effluxisse, in hortis seu vinea Engaddi, ciuis Romani, eamq; arborem in conuiuio quodam, tempore minime cõueniente flores, fructum & liquorem simul protulisse. Chronicon Martini. Fabricius loco iam sæpius citato. Thomas de Haselbach scriptor annalium qui claruit anno Christi, 1410. & multa scripsit.

XXIIII.

Herodes cum ex Magis & Iudeorum indicatione natiuitatem Messie, hoc est, pueri Iesu, intellexisset, timuit regni & honorum amissionem, Quocirca agitatus à Sathana miserandam infantulorum lanienam non solum apud Bethlehem sed & in cunctis eius finibus, exercuit, & atrociter innocentibus infantulis numero magno intra biennium trucidatis omnibus, suis quoq; ipsius filijs & consanguineis non pepercit, quos suspicabatur aliquando regni sui fore participes, si quo forte modo Iesum etiam simul posset extinguere. Quam historiam præter Matthæum Euangelistam Iosephus quoq; à longe videtur indicare lib. 17. Antiq. Iud. cap. 3. vbi addit: Phariseum quendam vaticinatum esse, Herodi terminum regni iam adesse ex superna decretum Maiestate tum ipsi, tum vniuersæ ipsius cognationi. Augustus autem de hoc ipsius furore certior factus. egrè

talit hominis ferociam & sceleratam crudelitatem, ex-
clamans: Melius esse Herodis fieri porcū quam Filium.
Macrobius lib. 2. Saturnal. cap. 4.

Verum Christus diuinitus facta per Angelum pre-
monitione, abductus est à parentibus in Aegyptum, ibiq;
tutus aliquandiu ab hostibus conseruatus. Statim atq;
vero tam nefandissimas cedes Herodes immanissimus
perpetrauerat, absq; mora & è vestigio ultio in eum dis-
cina conuersa est. Nam pollutus innocentum sanguine,
non ita multis diebus post, Imperij prosperitates amplis-
simas ipse amisit. sanguinem ipsorum effusum, domesti-
cas clades, matrimonij ignominiam, & liberorum,
quorum parricida extiterat, funera vidit, & in
morbum amarissimum incidens, lento igne extrinsecus
in corporis superficie, vasto autem incendio intrinsecus
vstus, & fame perpetua cruciatus fuit, adeo vt vermis-
bus quoq; membra scaterent: Vnde foetor dirus, vel ex
membrorum putredine, vel anhelitus respiratione redde-
batur, vt ex omni parte cruciatibus fesso nullæ ad tole-
rantiam vires sufficere possent: donec in semetipsum
dexteram eleuans, iugulo suo vim inferret letalem. Res-
ignum eius quod puerum iesum hospicio suscipere nolue-
rat, postea in tetrarchias diuisum fuit, & Archelaus Fi-
lius, vix quartam affecutus partem, non diu guberna-
uit. Vix enim nouennio elapso, & viuente adhuc Aus-
gusto apud Cesarem accusatus, & Viennam Gallie re-
legatus est, vt adimpleretur id, quod Sap. 6. scriptum
est: Potentes potenter tormenta patientur. Et Psal. 55.
Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.
Qua

Qua de re plura commemorantur apud Iosep. lib. 1. cap. 12. de bello Iud. & lib 17. antiq. cap. 19. Euseb lib. 1. histor. cap. 8 & 9. Funce. lib. 3. Commentar. in Chronol.

XXV.

Mortuo Herode, ex Aegypto redijt Iesus, & locum natiuitatis matris suae repetiuit, quemadmodum à Propheta praedictum erat, qui ait: Ex Aegypto vocaui filium Meum. Deinceps autem Archelao etiam Herodis successore relegato, quando Coponius Augusti Caesaris procurator in Iudaeam missus esset, anno imperij Augusti ferme LII. Maria & Ioseph filiolum Iesum ad festum Azymorum, quod Pascha nominatur, deduxerunt Hierosolymas. Tunc autem, quamprimum aperta essent pro veteri more à Sacerdotibus post noctem mediam, templi ianuae, ossa humana per porticus & per totum templum dispersa iacuerunt; ut ostenderetur, oblationes quae in templo fieri solebant, breui tempore emorituras esse, ipso iam caeli & terrae Domino viua voce ibidem docente. Item, eam domum quae ab omnibus gentibus celebrabatur & vocabatur domus precationis, nunc secundum Christi verbum redditam esse speluncam latronum, utpote in qua Zacharias Pater Iohannis Baptistae interfectus esset, quemadmodum supra retulimus. Iosep lib. 18. Antiq. Iudaic. cap. cap. 3. Iohan. Mathesius in descript. histor. Christi Serm. 17. part. 1. fol. 66.

Miliarib. Germanicis à Bethlehem, arbor fuit ἀλεξί-
φάρμακος, que Persæa, siue Perseis nuncupatur, multis
morbis medicinam afferens, si vel festuca vel folium
ex ea ægris applicaretur. Cumq; Maria Herodem unã
cum Iosepho fugiens, eò venisset, quamprimum vrbis
portam attigit, arbor ea quantumuis procera ad solum
ipsum se demisit, Paradisi olim satorem quasi adoratus
va: vel potius, quoniam propter proceritatem & pul-
chritudinem, Grecorum more, ab vrbis incolis, honore
diuino colebatur, commota est, demone, qui per eam
cultus est, exhorrescente, ad præsentiam eius qui abolis-
turus regnum eius omnino fuerat & oppressurus. Niccs-
phor. lib. 10. Ecclesiast. hist. cap. 31. Sozomenus lib.
5. cap. 21. Historia Tripartit. lib. 6. cap. 42.

XXVII.

Sunt qui perhibent, fontem quo virgo Maria fu-
giens in Aegyptum vsa est, balsamo fluxisse. Discipul.
in sermon. de tempore. Hac de re Guilielmus Postellus
lib. 4. de orbis concordia. pag. 401. ita scriptum reli-
quit: Mauri & Mahometani hodie locum indicare so-
lent, vbi degit cum puero beata virgo, & in rei miracu-
lum ostendunt imaginem virginis et infantis, quo in lo-
co aliquando balsamum est colligi solitum, ab eo tempo-
re loco rigato ex aqua, ex qua ad suas & pueri Iesu ne-
cessitates virgo Maria utebatur. Durauit vero olim
magno & ingenti vectigali hoc beneficium, donec ne-
faria quedam Iudæa, mergere sordidas filij fascias in
eam aquam ausa est. Hoc in Maurorum annalibus
est

est scriptum, in rei memoriam, Christi laudem & gloriam, & Iudeorum gentis scelus, quod etiam ipsa exhorrent elementa. Ideoq; ingressus loci prohibitus est Iudeis capitis poena. Si lex olim lata adhuc seruetur. &c. Haftenus Postellus.

XXVIII.

Pomex ex Thoma de Haselbach annalium scriptore, quem in Chronicis Iohannes quoq; Cuspinianus citavit, refert, suo seculo in Episcopatu Herbipolensi duas esse visas arbores, quae singulis annis non nisi in Dominicae natiuitatis nocte florent, & poma rubicunda producerent ad quantitatem nucis communis. Etsi autem se de his arboribus per literas Episcopi istius diocesis certiore factum scribit: tamen quia res forsitan veritatis modum excedere videri quibusdam possit, neq; vspiam, quod ego quidem sciam, ab alijs memoriae prodita reperiatur, annotare eam, quam affirmare penitus malo.

XXIX.

Nonnulli Rosam Hierieontis, cuius mentio fit Ecclis. 24. & apud Dioscoridem lib. 1. cap. 14. Virgilium quoq; Eclog. 3. versu 89. & Eclog. 4. vers. 24. Amomum vocari creditur, & ab alijs Medicis Rosa 5. Mariae, atq; Hierosolymitana nuncupatur, eò, quòd qui Hierosolymam nauigarent eam decerptam ex Hiericho secum afferre existimarentur, in nocte nataliciae Saluatoris, sponte aperiri tradiderunt, quae alias nisi aqua aut vino persusa maceretur, in his regionibus clausa conspiciatur. Cordus. D. Mich. Barth. Petr. Ramus.

XXX.

In Thracia quidam inter fodiendum in lapideam
 fistam fatidicam incidit, quæ cadauer humanum contine-
 nebat, incisus in ea literis de Christo nascituro ex virgine
 sonantibus, huiusmodi: CHRISTVS NASCE-
 TVRE VIRGINE, ET CREDO IN EVM;
 Verum sub Irene & Constantino, rursus me videbis,
 ò Sol. &c. Zonaras. Tom. 3. In Imperio Irenes & fi-
 lij eius Constantini, Histor. Ecclesiast. D. Cass. He-
 rion lib. 7. cap. 6. Thom. de Aquin. part. 2. summæ
 sue, quest. 11. artic. 17.

XXXI.

Huc pertinet, quod, citante doctiss. V. Michaelo
 Neandro, in Fortalitio fidei refertur pag. 137. quod in
 Toletto Hispaniæ, circa annum Domini 1244. sub Im-
 peratore Friderico secundo, qui fuit in ordine 92. Iudas
 us quidam comminuendo ripam pro vinea amplianda,
 in medio cuiusdam lapidis nullam cissuram habentis,
 inuenerit librum pag. ligneas habentem, tribus linguis
 scriptum, Hebraicè, Græcè, & Latine, ac loquentem de
 triplici mundo: id est, de tribus mundi ætatibus, iuxta
 Helie dictum, ubi principium tertij mundi, hoc est, ter-
 tiæ ætatis, sic positum fuerit: In tertio mundo Filius
 Dei nascetur ex virgine Maria, & pro salute hominum
 patietur. Erat etiam in libro scriptum, quod tempore
 Friderici Imperatoris liber iste deberet reperiri. Idem
 quoq; refertur in Chronicis Martinianis lib. 4. de Imp.
 & Font. Rom. pag. 302. Simile vero in yisdem repe-
 ritur, lib. 4. pag. 401.

Qua

XX XII

Qua hora Christus natus est, decidit in barbara
Ruscia ex aethere grando, habens imaginem virginis,
infantem coronatum baiulantis. Chronic. de gestis
Hunnoyrum Pomerius.

XX XIII.

Ante natiuitatem Christi per aliquot dies, bos in
suburbano Romæ ad arantem locutus est: frustra se
vrgeri, inquiens, Non enim segetes & frumenta, sed
homines breui defuturos. Chron. Euseb. pag 66. Ioach.
Camerar. lib. de Cometis. pag. 33.

XX XIII.

Sub idem tempus fulminis ictu ex inscriptione sta-
tue Cesaris Augusti prima nominis litera effluxit.
Et Suetonius quidem scribit, responsum esse, Augustum
solos centum dies posthac victurum, quem numerum li-
tera C. notaret, futurumq; ut is inter Deos referretur,
siquidem *Æ S A R*, hoc est, reliqua pars à *CAES A-*
RIS nomine, Hetrusca lingua vocaretur Deus: Ver-
rum haud scio an non potius (quemadmodum prudens
tiores interpretati sunt) significatum fuerit, quod Aus-
gustus non amplius summus & potentissimus Monar-
cha mundi appellandus esset, sed multò iam se maiorem
nasci, Dei videlicet æterni coæternum Filium, sine tem-
pore genitum, Dominum totius vniuersitatis rerum,
Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo
vero, penes quem vniuersa est potestas, & à quo Imper-
torum omnium administratio pendet & conceditur.
Zonar. tom. 2. annal. In Augusto. pag. 169.

Plinius

XXXV.

Plinius lib. 2. histor. natural. cap. 28. autor est, quod tunc temporis ingens circulus circa solem sex radiantibus stellis insignita corona, apparuerit. Idem testatur Orosius lib. 6. cap. 20. Reisnerus in descriptione histor. urbis Hierusalem. fol. 95.

XXXVI.

Deinde et alij duo Circuli, ut ex Suetonio patet atq; Dione, visi sunt, quorum alter Iridis elegantissimæ formam, alter ex spicis triticeis scutum præ se ferebat: argumento perspicuo, imminentis iam Evangelij noui, id est, religionis publicæ, pacis et libertatis, et quod verum lumen gentium, ac sol iusticiæ, Iesus Christus, qui seipsum tritici granum appellat Iohan. 12. d. 24. nasciturus esset, et ideo cœli quoq; ministerio palam predicari et annunciari deberet. Eutrop. lib. 7. Plura quoq; eius generis prodigia letiora natiuitatem Domini præcessere, que consulti vates, adulabundi cum Virgilio ad Augusti Filium et alios præstantes viros retulerunt, prudentiores autem de Christo intellexerunt. Cornel. Gemma. lib. 1. Cosmocrit. cap. 8. pag. 215. et 216. Iul. Obsequens. de Prodigijs, mihi, pag. 121.

XXXVII.

In ipso natali Saluatoris, tres Soles in Oriente visi sunt, qui paulatim in vnum corpus coierunt. Que species dubio procul Dei vnius et trini cultum mortalibus portendebat. Hermanus. Dion Nicæus in Augusto. Plin.

Plin. lib. 2. cap. 31. Cornel. Gemma lib. 1. Cosmocrit.
cap. 8. pag. 214. Ioach. Camerar. de Cometis pag. 33.
Euseb. in Chronol. pag. 67. a. Petr. Galatin. lib. 4.
de arcan. Cathol. veritatis cap. 10. Adam Reischerus in
historica descript. Hierusal. fol. 95.

XXXVIII.

Cometa tempore ludorum per dies septem in regio-
ne cœli Septentrionali conspectus est, & circa undeci-
mam diei horã oriri solitus. Huius meminit Plutarchus
in vita Cæsaris. Plin. lib. 2. cap. 25. Inter alia de
hoc ita scribit: Candidus Cometes ita refulsit, ut vix
contueri liceret, specieq; humana Dei effigiem in se os-
tendens, admodum autem faustus Diuo Augusto iudicatus
ab ipso. &c.

In id autem tempus similiter incidit dies natalis Iesu
Christi, Filij Dei & Mariæ Virginis, quo inchoatum
est tempus liberationis generis humani ab omnibus
malis, in quæ per contumaciæ peccatum prolapsus erat,
quorum fuit atrocissimum & extremum mortis
interitus sempiternæ.

XXXIX.

Annis non ita multis antequam nasceretur, Christus
in villa Liux, vxoris Cæsaris, ingente motu terræ
tremuit, Postea iterum fax cœlestis à meridie ad Septen-
trionem extenta, luci diurnæ similem in nocte fecit.
Fasti Roman. Iul. Obsequens. de prodigijs. mihi, fol.
127.

XL.

Sub Augusto Cæsare, in eodem cœlo ingentem fulsisse
lampadem ferunt, & in eadem pueri effigiem visam, de
quæ

qua vates consulta Augusto reddidit, hunc puerum se
se augustiorem fore, ac dignum, quem Augustus ados
ret. Cornel. Gemma lib. 1. Cosmocrit. cap. 8. pag. 207.
Iul. Obseq. lib. de Prodigijs pag. 207. Adam Reisner.
in descript. histor. Hierosol. fol. 96. b.

XL I.

Octiduo ferè ante natalem Domini coelum dehiscen
te & crebris fulgere ignibus visum est. Templum
igne afflatum caelitus, corruit subito, totamq; hinc
sevit pestis acerrima. Cornel. Gemma lib. 1. Cosmocrit.
ait. pag. 193.

XL II.

Septimo vero regni Herodis anno Iudaea terra qua
li ante nunquam motu concussa est, & magnam per
totam eam regionem fecit iacturam pecudum, quin &
hominum in vrbe Hierosolyma oppressa ruinis sunt
diu circiter decem millia: extra urbem autem trigin
ta Iudaeorum millia perière. Romanorum vero ex
ercitus, tametsi sub diuo tendebat, permansit incolumis,
nec quicquam detrimenti accepit. Quare significas
tum est aduentu Christi, sceptrum de Iuda ablatum iri,
& gentes, reiectis Iudæis quando terra adueniente Mes
sia concuteretur, secundum Aggæi cap. 2. vaticinium,
in gratiam recipiendas. Ioseph. antiq. lib. 15. cap.
7. Et de bello Iud. lib. 1. cap. 18. Egesipp. lib. 1.
cap. 32.

XL III.

A pluribus memorie proditum est, illa etate qua
propius

propius accessit dies natalis Dn. nostri Iesu Christi
præter eos quos supra recensuimus, & alios quampluri-
mos Cometarum fulgores, inter alia innumerabilia
prodigia, quæ cælo, terra, mariq; extiterunt, visos esse, id
quod etiam à Marone indicatur, qui non aliàs, ait, dis-
ros toties fulsisse Cometas. lib. Georgi. vers. 488.
De quibus si placet, consulatur Magni illius Iochimæ
Libellus de Cometis pag. 24. & aliquot seqq. Sed &
alia multa recensentur à Plutarcho, & Dione Nicæo
in Augusto. Item à Xiphilino in Dionis Epitome Ges-
neue excusa in CL. V. Henrici Stephani officina, pag.
28. 31. 36. 38. 45. 46. 52. 57. 61. 82. &c. Zez-
nara Tom. 2. Annal. pag. 169. Aruspices autem
cum interrogarentur, quid sibi ista vellent, natu eorum
maximus respondit: Regnum rursus, ut olim Romæ
futurum esse, & seruituros omnes præter se, atq; ita,
quod ipsum quoq; portentorum habitum, represso spiri-
tu & ore clauso cum expirauisse. Camerar. de Cœ-
motis. pag. 33. Sunt qui perhibent, Romanos ea utplu-
rimum ad Augustum retulisse, Saniores autem de Chris-
to viuentium Rege, & Domino mundi interpretas-
tos esse.

XLIIII.

Suetonius in Augusto, ex Iulij Marathi autoritate
tradit ante paucos quam Christus nasceretur, menses,
prodigium factum esse publice, quo denunciabatur. Regem
populi Romani naturam, parturire, Senatūq; exterritum
censuisse, ne quis illo anno genitus educaretur, eos vero
qui gravidas uxores haberet, quo ad se quisq; spem traheret.

ret.

ret, curasse ne Senatusconsultum ad erarium deferretur. Quod prodigium Marathus & Suetonius ad Augustum retulere, velut nouum foret, Regem nasci populo Romani, qui Sillas iam et Marios pertulisset, & quorum Regnum non Augustum, sed Caesarem Dictatorem eum ingente Reip. clade exorsum esse constaret: Sed & Ciuum vana spes erat, liberis suis ea de causa praesentibus consulto timentium. Christus erat, quem parturiebatur naturae prouidentia, qui sub Augusto natus est, cuius Romani imperij magnitudo cessit, Imperatoribus etiam Regem illum agnoscentibus, qui antea Idolis seruauissent. Tacit. lib. 21. Oros. lib. 7. cap. 9.

XLV.

Augustus Imp. aliquando caelo aperto vidit pulcherrimam virginem stantem super altare, puerum tenentem in brachijs. Et miratus, vocem dicentem audiuit: Hec ara Filij Dei est. &c. Pomerius. Chronicon Martinianum. Fabricius.

XLVI.

Martinus Archiepiscopus Consentinus etiam hoc addit, quod populi Romani videntes Augustum Imp. tanta esse pulchritudinis, ut omnium oculi in eum conuerterentur, & prosperitatis summae, qua feliciter omnia sibi succederent, totumque mundum sibi tributarium faceret, voluerunt ipsum adorare ut Deum. Verum hic renuens, inducias postulauit, et ad se Sibylla Tiburtina vocata, recitauit ipsi Senatorum voluntatem. Haec trium dierum spatium petijt, & postea clapsa triduo, Imperatori his versibus respondit, perspicue in serie primarum litterarum, historiam Iesu declarans:

Ιδρωσα

Ιδρώσει ἡ χθών, κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσται.
ἤξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν, ὁ μέλλων
σάρκα παρῶν πᾶσαν κρίναι, καὶ κόσμον ἅπαντα,
οφονται ἡ θεὸν μερόπες πισοὶ καὶ ἄπισοι
ἴψισον μετὰ τῶν ἀγίων ἐπὶ τέρμα χρόνοιο,
σαρκοφόρων ψυχᾶς ἀνθρώπων βήματι κρίνων.
Χέρσος ὅταν ποτὲ κόσμος ὅλος ἢ ἀκανθα γένηται
ρίψουσιν δ' εἰδῶλα βροτοὶ, καὶ πλῆστον ἅπαντα.
ἐκκίψουσα ἡ τὸ πῦρ γλῶ, οὐρανὸν ἠδ' ἐθάλασσαν
ἰχνεῦον, φλέξει ἡ πύλας ἐρικτῆς αἰδέου.
Σάρξ τότε πᾶσα βροτῶν ἐπὶ ἐλευθέριον φάος ἤξει
τῶν ἀγίων, ἀνόμως ἡ τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέγξει.
Ὅπποσα τίς πράξας ἔλαθεν, τότε πάντα λαλήσει,
στήθεα γὰρ ζοφόντα θεὸς φωσῆρσιν ἀνοίξει
οὐρῶος δ' ἐκ πάντων ἤξει, καὶ βρυγμὸς ἐδόντων.
ἐκλείψει ἡ φάος σέλας ἡελίοιο καὶ ἄσρων,
οὐρανὸν ἐιλίξει, μίωης δ' ἐπεφύγγος ὀλέται.
ὑψώσει ἡ φάραγας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα βυθῶν.
ἴψος δ' οὐκέτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φενεῖται.
ἰασατ' ὄρη πεδίοις ἔσαι, καὶ πᾶσα θάλασσα
οὐκέτι πλῆν ἔξει. γῆ γὰρ φρυχθεῖσα κεραυτῶ
σῶν πηγῶν ποταμοὶ δὲ καφλάζοντες λείψουσιν
σάλπιγξ δ' οὐρανόθεν φωνῶν πολυβρυχῶν ἀφήσει,
ὠρυξάσα μύσος μελέων, καὶ πῆματα κόσμου
ταρτάρου ἡ χάος τότε δείξει γαῖα χανθῶσα.
ἤξουσιν δ' ἐπὶ βῆμα θεῶ βασιλῆες ἅπαντες.
ρέουσα δ' οὐρανόθεν ποταμὸς πῦρ, ἠδ' ἐπεθεῖον.
σημα δὲ πᾶσι βροτοῖσι τότε, σφραγὶς ἐπίσημος,
τὸ ξύλον ἐν πισοῖς, τὸ κέρας τὸ ποθόμενον ἔσαι,
ἀνδρῶν εὐσεβέων ζωὴ, πρόσκομμα ἡ κόσμου,
C ἰδασι

Ἰδοὺ φωτίζων κλητῶσιν δώδεκα πηγῶν.
Ῥάβδος ποιμαίνουσα σιδύρεά τε κρατήσθαι.
Οὗτος ὁ νῦν προγραφεὶς ἐν ἀκροσίστην θεοῦ
ἡμῶν

Σωτὴρ ἀθάνατος, βασιλεὺς ὁ παθῶν ἐνεχῆ ἡμῶν.
Hec ἀκροσίς περὶ χριστοῦ est talis: Ἰησοῦς Χρισ-
τός, θεὸς ἡὸς, σωτὴρ, σωτήρ. hoc est: Iesus Chris-
tus, Dei filius, Saluator, Crux. Et à Gyraldo in latis-
simum sermonem conuersa, hoc modo:

Iudicij fuerit cum signum, terra mædebit,
E cælo ueniet princeps per secla futurus,
Scilicet ut carnem præsens & iudicet orbem.
Omnis homo hunc, fidusq; Deum, infidusq; uidebit,
Vna cum sanctis excelsum sine sub æui:
Sede sedens animas censebit, corpora & ipsa
Chersos erit mundus, spinas feret undiq; tellus.
Reijcient simulachra homines & munera Ditis.
Inquirens portas refringet carceris atri.
Sic etenim cunctæ ueniet lux libera carni,
Tunc sanctis: ignis fontes æternus aduret.
Occultos actus omnes & quisq; loquetur,
Sed tenebrosa Deus collustrans pectora pandet.
Threnus erit cunctis, & stridor dentis adesi.
Effugiet solis iubar, astorumq; choræ,
Omne poli lumen soluetur & aurea luna
Valles extollet, collesq; à vertice perdet.
Vsuam nec celsum mortalibus, aut graue quicquam.
Inde æqui montes campis, hinc cœrula ponti
Omne ratis spernent onus, hiscet fulmine tellus:
Sic fontes simul arefcent, & fluminis alui.

Stridula

Stridula tum querulum sonitum tuba fundet obympo,
Orbis grande malum rugiens, & damna futura,
Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens.
Et venient omnes reges magni ante tribunal.
Refluet & caelo, tunc sulphuris amnis & ignis:
Sic cunctorum hominum fient manifesta sepulchra.
Tum fidis lignum, cornu atq; optabile fiet:
Atq; piorum vita hominum, nocumenta; mundi.
Vndis lustrabunt bissenno in fonte vocatos.
Rex pastoris erit nobis, & ferrea virga.
Omnipotens Deus est praescriptus versibus istis,
Seruator nostro aeternus Rex passus amore. &c.

Extat autem eadem & angosixis apud Euseb. lib. 5.
de vita Constantini Magni, & ab eodem ascribitur
non quidem Tyburtinae Sibyllae, sed Erythrae: Ab
alijs autem etiam Cumanæ, vt Augustin. retulit lib. 18.
de Ciuit. Dei, cap. 23. Meminit eiusdem poematis
Cicero, lib. 2. de diuinat. nu. 131. b. Ceterum Ty-
burtina ita cecinisse scribitur de Christo:

Verax ipse Deus, dedit haec mihi munia fandi,
Carminē quod sanctam potui monstrare puellam,
Concipiet quae Nazareis in finibus, illum
Quem sub carne Deum Bethlemica rura videbunt.
O nimium felix, caelo dignissima mater
Quae tantam sacro lactabit ab ubere prolem.

Reliquarum vero XI. Sibyllarū miranda de Christo
vaticinia descripta leguntur sub finem octo librorū Si-
byllinorum Oraculorum, superioribus annis Sebastianus
Castellionis opera editorū Basileae per Iohannem Oporis-
num. Vnde qui volet ea requirere potest, lectu non tantum
digna, sed etiā iucunda.

XLVII.

Compressis omnium gentium motibus, & terra
 mariq; pace parta, Iani templum à condita orbe bis an-
 tea clausum sub Augusto nunc tertio conclusum fuit, &
 pax ac tranquillitas toto terrarum orbe constituta, cum
 Iesus Christus natus est, Princeps ille pacis, non solum
 eius, quæ in hoc mundo expetitur (sanè optanda sem-
 per, & secundum Poëtam, optima rerum, quas homini
 nouisse datum, sed & longè melioris & iucundioris pa-
 cis, quæ facta est, placata ira Dei, & numine diuino
 reconciliato hominibus: Vnde existit gaudium vincens
 omnem leticiam, quam affectio humana capere potest.
 Platina. Oros. lib. 6. Eutrop. lib. 7. rerum Romana-
 rum in vita Augusti Cæsaris Chronicon Martinianum,
 & Antonini Episcopi Florentini. Sueton. in Augus-
 to. Non. 22. Freculphus Episcopus Lexouiens. qui flo-
 ruit Anno Christi 840. Tom. historiar. 1. lib. 7. cap.
 19. Chronolog. Funcij. fol. 9. b. Iulian. Pomerius
 Archiepiscop. Toletan. lib. 1. contra Iudeos.

XLVIII.

Vie publicæ Romæ tute fieri iussæ sunt, eo ipso ans-
 no, quo Christus vnica salutis via, natus est. Sueton.
 Adam Reisner. in descript. Hierosol. fol. 96. a. D.
 Mich. Barth.

XLIX.

Non etiam sine omine, toto orbe pacato, ab Augus-
 to numisma argenteum excusum est, cum hac inscrip-
 ptione: PAX ORBIS TERRARVM. Et in
 altero latere. IMP. PERPET. S. C. Huius des-
 criptionem vide in Imaginibus Imperatorum Iacobi de
 Strada

Strada Mantuani Antiquarij.

L.

Annis non multis antè, ætatis illius calamitatum
grauissimarum autores, quasi illudentes foedissimæ ser-
uituti ciuium, quibus pericula exitij atq; interitus
creare studebant, diuulgarunt quasi vaticinium futuræ
salutis, & signari voluerunt nummum publicum cum
inscriptione tali: SALVS GENERIS HVMA-
NI. Ioach. Camerar. lib. de Cometis pag. 59.

LI.

Sed & Augustus typum quasi gerens Christi (qui
futurus erat autor salutis vniuersæ & pacis instaurator
eternæ, beneficiorumq; omnium largitor,) licet pecun-
nia à senatu et populo ad eius imagines faciendas esset
collata: sui tamen imaginẽ fecit nullam, sed publicæ sa-
lutis, Concordiæ & Pacis status fecit. Primo quoq;
anni die, hoc est Calendis Ianuarij, quib. Christiani fe-
stum circumcisionis hodiè celebrant, quando cum homi-
nes adibant, atq; alij plus, alij minus offerebant: his
ipse strenuè loco duplum aut amplius reddebat, non Sen-
atoribus duntaxat, sed alijs etiam. Zonar. tom. 2.
Annal. pag. 165. in C. Octauio.

LII.

Augustus triginta millia seruorum per illa tem-
pora Dominis suis reddidit, & tria millia, quorum Do-
mini non extabant in crucem egit: Quæ res mancipa-
torum liberationis, & desperatorum perditionis symbo-
lum gessit. Multis enim modis Imperator iste augus-
tissimus, in cuius tempora incidit Christi incarnatio,
typum tulit Christi saluatoris nostri vnici. Id quod ex
hactenus

hactenus recitatis exemplis patuit, neq; cuiquam mirum
videri debet, multò minus absurdum aut impium. Nam
sicuti Cyrus Monarcha Persarum maximus, quamuis
Ethnicus, Christi tamen typum adeo gessit, vt nomen
etiam ipsi in sacris literis sit accommodatum: Ita de
Augusto, hoc quod asserimus affirmare, nec impiũ est,
neq; negari potest, & liquido satis ostendi, historias in-
uentibus potest. Rodolph. Gualtherus in cap. 2. Lucae.
homel. 17.

LIII.

Augustus Urbem Romam à se denuò quasi exædis-
ficatam instaurauit, & exornauit: Post Lepidum Pon-
tiffex Maximus declaratus, Cereemonias in templis &
sacrificijs ordinauit, & legibus vtilibus sancitis Senas-
tum confirmauit, & cum cætera munia idoneis viris de-
mandasset, omnis generis spectacula instituit, multifas-
ta deniq; in populo abrogauit, & cuncta adeò laudas-
biliter gessit, vt ciuibus esset gratissimus, & Pater ab
ipsis Patrie salutaretur. Fasti Roman. Dion. Sucton.
AEl. Lamprid. Que omnia typum gesserunt Regis
potentissimi Domini nostri Iesu Christi summi illius
Pontificis, & Legislatoris inçlyti, generisq; humani in-
stauratoris vnici, qui solus veritatis doctor & humane
salutis reparator bene omnia fecit, & dator iusticie æ-
ternæ ab omnibus meritò nuncupatur Princeps Pacis &
Pater æternitatis. Esa. 9. &c. Reisner. fol. 96. b.

LIIII.

Idem Imperator ouans urbem ingressus omnia po-
puli Romani debita donauit ac remisit, abolit is literis
Egregium hoc quoq; documentum fuit Christi & na-
scentis

scantis et triumphatis, & peccata nostra remittentis atq;
abolentis. D. Mich. Barth. Zonar. Tom. 2. Annal.

L V.

Eodem Augusto Imperatore augustissimo, illis tem-
poribus aliquādo Romam ingrediente, horam circiter
diei tertiam, repente cælo liquido ac sereno Iris siue ar-
cus cœlestis orbem Solis ambire visus est: cuius in mundū
ingressū indicans, qui et Solem & mundum fecisset, ac
regeret, et ipse vnicus & solus ac verus Iusticiæ Sol atq;
Lux esset, venturus in nubibus supra Iridē sedens iudica-
re viuos & mortuos. Orosius lib. 6. cap. 20. Chronic.
Martini Archiepiscopi Consentini pa. 103. Sueton. in
Octauio. rubr. 95. Zonar. tom. 2. Annal. in C. Octa-
uio. pag. 135.

L V I.

Idem etiā Augustus, veluti ratio sit danda Supremo,
Corpora quot censu sint numerare iubet.

Luc. 2. Ioseph. lib. 18. antiquit. cap. 1. Ioach. Camerar.
in vita Christi. pag. 23. Orosius. lib. 7. In hac autem
descriptione prima orbis vniuersi, facta Cyrenio Præsi-
de, Iesus Christus vna cum matre sua nomen suum pro-
fessus atq; in hominū numerum inscribi se passus est, vt
eos qui Principi huius mundi suum antea nomē dederāt,
à iugo peccati, tanq; verus Præses siue ΔΙΚΑΙΟΔΟΤΗΣ,
id est, dator Iusticiæ, liberaret. Nicephor. lib. 1. histor.
Eccles. cap. 9. Reisner. in historic. descript. Hierosol.
Paul. Oros. lib. 7. cap. 3.

L V I I.

Is ipse Domini compellationē, titulum atq; nomen
agnoscere noluit vel admittere, nec sciens accommodari si-
bi passus est, imo tulit indignè cum in ludo, à Mimo quo-
dam Dominus salutabatur, et edicto prohibuit publico,

si quis siue domesticorū siue aliorum quorūcunq; deinceps Dominum se nominaret: animi quadā diuina prænotione, vel etiam aliquot Oraculorum cōmonefactione perspiciens, veram atq; vnicum Dominum Iesum Christum, sub suo proditurum esse atq; compariturum Imperio. Platina in Chronica sua. Comestor. Orosius. Dion Nicæus pag. 74. Antonini Chron. part. 1. tit. 3. cap. 6. 10 Zonar. tom. 2. annal. pag. 167.

Qua quidem humilitate multo se prudentiorem Augustus præbuit, quam ille Rex Aegyptiorum potentissimus ac superbissimus Thulis, de quo historiam eiusmodi Suidas narrat: quod circumuagatus sit totam terram habitabilem, et potentia ac felici omnium rerum successu sublatus, ex Thula insula, cui nomen hoc imposuerat, reuersus, scire voluerit, an etiam Rex aliquis in mundo potentia et opibus ipsum superaret, atq; ideo accesserit ad templum Serapidis, interrogans de hoc Oraculum. Quod reprehendens eum ita se extollentem et magnifacientem supra quā hominem deceret, quatuor versibus ei respondit his:

πρῶτα θεὸς μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς,

σύμφυτα δ' εἰν ἐνὶ πάντα τὰ δ' ἐστὶ, καὶ εἰς εὐ
 ἴοντα,

ὃ κρᾶτος αἰώνιον, σὺ ἧ ὠκέσι πόσι βᾶδιζε
 θνητὲ, αἰδῆλον διάγων βιότοιο τελευτῶ.

Hoc est.

Primum est Deus, postea verbum, et spiritus cum ipsis,
 Eiusdem vero sunt essentiae haec omnia, et in unum
 euntia,

Cuius

Cuius potentia æterna est : Tu vero pedibus velocibus
abi

Mortalis, finem vitæ exigens obscurum. &c.

Accepto igitur responso egressus Rex, statim à proprijs ministis occisus miserè interijt, atq; ita pœnam superbiae luit dignam.

Cæterum hi versus corrupti apud Suidam, ex Do. Ioachimi Camerarij. V. CL. et Micylli Epigrammatum Græcorum libro restituti sunt. Secundum vero versum ex Pontico Heraclide ita citat Gyraldus Syntag. 6. historia Deorum gentil. pag. 192.

Σύμφιτα δὴ τρία πάντα καὶ εἰς ἓν ἴοντα

Hoc est.

Congenita hæc tria sunt, cuncta hæc tendentia in unum.

Sanè hisce versiculis à Plutone siue Serapide Trinitatis misterium assertum est.

LIX.

Suidas in dictione Ἀυγῆς & scribit, quod Augustus Cæsar sacrificans rogavit Pythiam, quis post ipsum regnaturus esset? Cui ipsa his verbis responderit:

Παῖς ἑβραῖος κέλεται με θεοῖς μακάρεσιν
ανάσσειν

τὸν δε δόμον προλιπεῖν, ἢ αἰδῶ αὐθις ἰκέσθαι
δοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετέρων.

Hoc est:

Puer Hebræus, qui dijs dominatur, iubet me

Hanc domum relinquere, ac ad Plutonem iterum redire

Quod supercrescit, abito tu tacitus de templo nostro.

C 5

Vel:

Vel:

*Me puer Hebraeus, diuos Deus ipse gubernans
Cedere sede iubet, tristemq; redire sub Orcum:
Aris ergo dehinc tacito abscedito nostris.*

**Ein hebreisch Knebelein schon/
Gebeut mir das Ich muss dauon
Das herseht im humel vnd vberall
Vnd stößt mich zu der hellen qual/
Drumb schweig vnd frage mich nicht mehr/
Komm opferns halb auch nicht hieher.**

*His auditis, exiuit Augustus è templo oraculi, ac
in capitolio aram extruxit, in qua Latinis literis scrip-
psit: ὁ Θεοῦ οὐτοῦ ἐστὶ τὸ πρῶτογένετο θεῶ. hoc
est. Hæc ara est primogeniti DEI. Nicephor. lib. 1.
histor. Ecclesiast. cap. 17. Pomerius serm 1. de Nat.
Domini. Rudolp. Gualt. in. cap. 2. Luc. fol. 42. Et
in Sophon. cap. 2. & 7.*

LIX.

*Sacrificauit quondam gentilitas per triduum hoc
anni tempore Phæbo, id est Soli reduci, & ab obliqua
declinatione sua ac Puncto Tropico versus Zenith nos-
trum assurgenti atq; reuertenti: Sub ipsum enim Brus-
mæ tempus, quod nunc diebus aliquot anticipat, Chris-
tus natus fuit: Calendar. Romanum. Henricus
Pantaleon. Diarij histor. lib. 12. pag. 390. Nos
vero non SOLI Creature, sed Solis Creatori, & æ-
ternæ Iusticiæ Soli, quomodo cum Malachias Propheta
nominauit, hisce diebus, & quidem omni vitæ tempore,
sacra facimus & litamus, gratiarum actionibus, pre-
cationibus,*

eationibus, hymnis & rerum diuinarum tractationibus; votis ardentibus & castis precibus petentes, vt nos solum beneficia anime & corpori necessaria largiatur, sed illos quoq; dies, Filij Dei, nati hominis in terris partu nouo & inaudito, memoria & celebritati, religioſe pietatis diligentia & autoritate Ecclesiastica consecratos, quam ſepiſſimè reuertentes, ſimiliter per quietem, concordiam & pacem agere concedat nobis felices & letos, is, qui eſt eternus Pater Domini ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, noſtra & ſalutis noſtra cauſſa hominis facti, Deus cum hoc & Spiritu ſancto, vnus, ſolus, verus, prepotens, ſanctus, iuſtus, miſericors; Cui debetur omnis laus, honor, gloria, poteſtas, victoria, ſeculis infinitis.

A M E N.

FINIS.

Corollarium

COROLLARIUM.

EX PROTEVANGELIO
SIVE HISTORICO SERMO-
NE DE NATALIBVS IESV
Christi, à D. Iacobo Minore, con-
sobrino & fratre Domini Ie-
su, Apostolo primario, & E-
piscopo Christianorum
primo Hierosolymis,
conscripto.

*E*uangelium Iacobi unà cum a-
lijs antiquorum scriptis à Guilielmo Postello Bas-
rentonio Mathematicum & linguarum peregrinarum in
Academia Lutetiana regio Professore, qui studio cognos-
cendi plurima & libros inuestigandi quibus regnum
Christi eò commodius propagaretur, multas regiones
peragravit etiam mare non semel transgressus, scribitur
inuentum esse in Bibliotecis Christianorum in Oriente,
apud quos & aliorum librorum Graecorum manuscri-
ptorum nec dum editorum haud exiguis extare numerus
dicitur. Idem Postellus illud Euangelium conuertit
olim ex Graeco in latinum sermonem, & testatur hunc
libellum in Orientalibus Ecclesijs publicè legi & aesti-
mari veluti Gemmam inter libros Theologicos ac basin
atq;

atq; Fundamentum totius historie Evangelicæ & caput
Euangelij secundum Marcum. Græcolatinum autem
annis aliquot superioribus à Mich. aële Neandro Monas-
sterij & scholæ Ilfeldensis Rectore Basileæ vnâ cum
huiusce generis alijs multis quorum opes multum nos
adiutos fatemur, est editum: vbi quidem ea quæ sub-
ijcimus inter alia perspicuè leguntur.

Erat Maria instar columbæ educata in templo Do-
mini, & accipiebat cibum de manu angeli.

Duodecim autem annorum facta, in templo Domini
concilium Sacerdotum factum est, dicentium: Ecce

Maria facta est annorum
decem in templo Domini:
quid faciemus illi, ne fors-
san maculetur sanctificatio
Domini Dei nostri? Et dix-
erunt Sacerdotes, Principi
Sacerdotum: Tu sta ad al-
tare Domini, & ora pro

(Annorum decem.)

Et quidem in templo.
Nam tertio ætatis anno
vt in præcedentibus,
scribitur, fuerat intro-
ducta, vt ita duodeci-
mum ætatis annū tum
excessisse, decem autem
annos in templo per-
mansisse intelligatur.

ea, & quicquid manifestauerit Dominus, hoc facies-
mus. Intrauitq; Princeps Sacerdotum, accepto Dodecas-
codone, in Sancta Sanctorum, & orauit pro ea.

(Dodecacodone)

Et ecce angelus Domini as-
stitit, dicens ipsi: Zacha-
ria, Zacharia exi, & con-
uoca viduos populi, & ad-
ferant singuli virgam: &
cui ostenderit Deus signū,
huius erit vxor in custodia.

A numero duodenario
nomen habet ora culum
illud, vel rationale, vel
pectorale. Erat autem
summa ac dignior inter
sacerdotalea indumenta
vestis: Sicut arca, sum-
ma res erat, inter taber-

Exiuerunt

Exiuerunt autem precos
nes per vniuersam regionē
Iudææ, & sonuit tuba Do-
mini, & occurrerunt vni-
uersi. Ioseph autem abiecta
securi, exijt obuiam illis.
Congregatiq; abierunt ad
summum sacerdotem, acces-
ptis virgis. Ab ipsis itaq;
accipiens virgas, intrauit
templum, & orauit. Com-
pleta oratione accepit vir-
gas & exiuit. Reddidit is-
taq; singulis ipsorum, &
signum in illis non apparu-
it. Vltimam autem virgam
accepit Ioseph, & ecce col-
lumba exijt de virga et vol-
lauit in caput Ioseph. Et
dixit Sacerdos Iosepho: Tu
es sorte diuina electus, vt
accipias virginem Domini
Et contradixit Ioseph, di-
cens: Filios habeo, &
sum senex, ipsa autem est
ne forte ridiculus fiam filijs Israel.
Dixit au-
tem summus Sacerdos Iosepho:
DEVM tuum, & recordare, quanta fecit Deus.
Erant Dathan et Abiron,
& Coreh, quomodo as

maculi vasa, vtrinq; autē
responsa diuina daban-
tur. Habuitq; pectorale
istud ornamētum præ-
ter duodecim lapides et
nomina filiorum illis in-
scripta, vrim & Thu-
mim, quæ lucem et per-
fectionem significant,
ex quo summo sacerdo-
ti responsa diuina dabā-
tur, Verum quales fue-
rint res nemi ni mortali-
um constat. Plura vide
in Bibliis hebreis Mun-
steri. cap. 18. Exodi: Ac
expositione in eadem
Pauli Fagii c. 28. Exod.
cap. item 7. & 28. Nu-
meri, vbi multis verbis
multorum sententiæ ac
opiniones referuntur.
Galatinum etiam lib. 2.
cap. 12. Ac Iosephum
lib. 5. Antiq. cap. 12.

incustodiam apud te.
Iosepho traditur Ma-
ria virgo ad custodiam.
Vnde timeo,
iuuencula: Vnde timeo,
Dixit au-
tem summus Sacerdos Iosepho:
Timeas Dominum
DEVM tuum, & recordare, quanta fecit Deus.
(Dathan & Abiron,
& Coreh.)

perta

perta est terra & deuorauit
 eos propter contradictionem
 suam. Nunc ergo time
 DEVM Ioseph, ne forte
 & ista sint in domo tua.
 Territus Ioseph, illam accepit
 et dixit illi: Maria, ecce
 ego te accipio de templo
 Domini, & derelinquam
 te domi: & vadam ad
 exercendam meam & oeconomicam,
 fabrilemque artem, & redibo
 ad te. Et Dominus custodiat
 te in omnibus diebus.
 Hilarius in Mattheum Canone
 14. videtur sentire, quod fuerit
 faber ferrarius. Ita enim
 inquit: Sed plane hic fabri
 erat filius, ferrum igne
 vincentis, omnem seculi
 virtutem iudicio conuenientis,
 massamque formantis in
 omne opus utilitatis humane.
 &c. Verum plerique alij
 existimant, eum architectum
 seu οικονομικόν fuisse. Factum
 est autem concilium sacerdotum,
 dicentium: Faciamus velum
 seu operimentum pro templo
 Domini. Et dixit Princeps
 sacerdotum: Vocate virgines
 immaculatas de tribu Dauid.
 Absentes itaque & disquirentes,
 inuenere septem virgines,
 & meminit Princeps Sacerdotum
 ipsius Mariam, quod ipsa
 esset de tribu Dauid, &
 immaculata erat ante Deum.
 Et dixit Princeps Sacerdotum:
 Sortiamini mihi, quenam
 nebit aureum filum, amianthum,
 & byssum, & sericum,
 & hyacinthum, & coccinum,
 & veram purpuram. Et
 ipsi Mariæ contiget vera
 purpura & coccinus: & acceptis
 illis, abiit in domum suam.

In illo autem tempore siluit
Zacharias & factus est
pro illo Samuel. Vsq; ad te
vero, o Maria, locutus est
Zacharias. Maria accepta
purpura & cocco, filauit.
Et accepta hydria, exijt
haurire aquã. & ecce vox
dicens illi: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedi-
cta tu in mulieribus.

Circumspiciebat autem Maria in dextra et sinistra,
sciret unde nam ista vox facta esset, & tremefacta in-
trauit domum suam, & deposuit hydriam, & accepta
purpura, sedit super sedem suam, vt operaretur. Et
ecce Angelus Domini ad-
stitit in conspectu eius,
dicens: Ne timeas Maria,
inuenisti gratiam apud Dominum.

Et audiens Maria, cogitando disceptabat apud se:
Si concipiam à Deo, & pariam, vt generat quæuis mu-
lier. Et dixit angelus Domini: Non sic, o Maria,
Virtus enim Dei obumbrabit tibi: ideo & quod nasce-
tur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Et vocabis
nomen eius Iesum: ipse enim faciet saluum populum
suum à peccatis eorum. Et ecce cognata tua Eliza-
beth concepit Filium in senectute sua: & hic mensis
sextus est ipsi, quæ vocabatur sterilis: quia non impos-
sibile erit omne verbum apud Deum.

Et dixit Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi
secundum verbum tuum. Et confecta purpura & cocco,
attulit

Sed mutus factus est
Zacharias, quod non
credidisset voci angeli
quod vxor Elisabeth,
tametsi sterilis, grauida
facta filium sibi seni, ip-
sa senex paritura esset,
quemadmodum in Lu-
ca scriptum est.

Nuncium angelicum de
filio Dei nascituro. Mat-
thei 1. Luc. 1.

attulit ad sacerdotem & benedixit illi, & ait: o Maria, magnificatum est nomen tuum, & eris benedicta in vniuersa terra.

Concepta autem exultatione, Maria abiit ad Elizabeth cognatam suam, & pulsauit ad portam eius.

Et audiens Elizabeth, accurrit ad portam, & aperuit illi, & ait: Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini ad me? Quod enim in me est, exiliit, & benedixit tibi.

Latcbant autem ipsam Mariam illa mysteria, quæ locutus fuerat illi archangelus Gabriel.

Et intuens in coelum dixit: Quenam sum ego, vt omnes generationes me ita beatam dicant? De die autem in diem venter eius intumescibat, & timore perculsa Maria, abiit in domum suam & occultauit se a filiis Israel. Erat autem annorum sedecim, quando haec fiebant.

Sicut etiam miratur super his quæ dicebantur de filio Iesu Luca 2.

Maria annorum 16. cum Christum gestaret in vtero.

Facto autem illi sexto mense, ecce venit Ioseph a suis

Lucta Iosephi Matth. 1.

ecodomis, & intrans in domum suam, vidit eam grauidam, & demissa facie sua, proiecit seipsum in terram, & planxit vehementer dicens: Qua nam facie intuebor Dominum Deum? quid autem orabo pro hac puella quam virginem accepi ex templo Domini Dei, & non custodiui. Quis mihi imposuit? quis hoc mali fecit in domo mea, & vitiauit virginem? nonne in me est recapitulatione

D

tulatione

Coniugatione consummata histo-
ria Adami? quoniam in
hora gloria eius intrauit
serpens, & inuenit Euam
solam & decepit eam: Sic
sic reuera mihi contigit. Et surrexit Ioseph de sacro, &
accepta Mariam, dixit illi: O quae tanta cura Deo es
ras, cur hoc fecisti, & oblita es Domini Dei tui, tu quae
es educata in Sancto Sanctorum? quid deieisti animam
tuam? quae cibum de manu angelorum capiebas cur
hoc fecisti? Ipsa autem flebat amarissime, dicens: Munda
da sum, & virum non cognoui. Dixit autem illi Ios-
eph: Et vnde nam est ergo, quod in utero habes? Et
respondit Maria: Viuit Dominus Deus meus, quod
non scio, vnde hoc mihi est.

Et stupefactus est Ioseph, & persistebat cogitans:
Quid de ea faciam? Et dixit Ioseph: Si illius abscons-
dam peccatum, inueniar reus in lege Domini: Si ipsam
traducam, & propalem filijs Israel, timeo ne parum ius-
tum sit, & inueniar tradens sanguinem innocentem
in iudicium mortis. Quid igitur de illa faciam? Equi-
dem clam illam relinquam. Et occupauit eum nox. Et
ecce angelus Domini apparet illi in somnis dicens: Ne
timeas hanc puellam recipere: quod enim in ea natum
est, de Spiritu sancto est, & vocabis nomen eius Iesum:
Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eos-
rum.

Surrexit itaque Ioseph a somno, & glorificas-
uit Deum Israel, qui dedit illi gratiam, & custodiuit
eam. Venit autem Annas
scriba ad Ioseph, & ait illi:
li: Quare non adfusti

Apparet inde, in ma-
gna fuisse autoritate a-
pud clerum Ioseph, ex
Synodos



Synodo? Et ait illi Ioseph:
Fessus eram de via et quies-
ui prima die. Et conuersus
scriba, vidit Mariam gra-
uidam, abijtq; currens ad
sacerdotem, & ait illi: Ios-
eph cui testimonium praes-
bes, vehementer peccauit.

Aitq; Sacerdos: Quid hoc?

Et ait illi: Virginem quam acceperat ex templo Domi-
ni, foedauit, & furatus est eius nuptias, & non indis-
cauit filijs Israel. Et respondens Princeps Sacerdos
tum ait: Ioseph hoc fecit? Et ait Annas scriba: Mite
te ministros & inuenient
ipsam grauidam.

Et abiere ministri,
& inuenerunt sicut dixit
illis. Et adduxere il-
lam & Ioseph in iudici-
um, & dixit Sacerdos:
Maria cur hoc fecisti?
& cur deiecisti animam

tuam, quae es educata in Sancto Sanctorum, quae
ex angeli manu cibum sumfisti, & audiuisti mys-
teria ipsius, & exultasti in conspectu eius? quid
hoc fecisti? Ipsa autem flebat amare, dicens: Viuis
Dominus Deus meus, quia munda sum in conspectu
Domini, & virum non cognosco.

quo virga eius ipsum in
conspectu cleri diuinitus
electum monstrarat ad
virginis custodiam, ali-
as ad tenuissima sorte
hominem scriba nomi-
ne publico ad eius ac-
virginis visitationem,
missus a summo Pontis-
fice minime fuisset.

Siquidem Messias erat
tunc in omnium expec-
tatione, lege cautum
fuit, vt quaecunq; foemi-
na e tribu Iuda pepe-
risset, aut ferret vterum
ad Principes referretur:
vt Postellus etiam ex
Iudaeorum libris annos
tauit.

Et dixit Sacerdos ad Ioseph: Quid hoc fecisti? Dixitq;
Ioseph: Viuit Dominus Deus, & viuit Christus eius,
quia purus sum ab ipsa. Et dixit Sacerdos: Ne dicas
falsum testimonium, sed dicito verum: Suffuratus es
nuptias eius, & non manifestasti filijs Israel, & non
inclinasti caput tuum sub omnipotenti manu, vt bene-
diceretur semen tuum. Et rursus dixit Sacerdos: Res-
titue virginem quam accepisti à templo Domini. Et
perfundebatur lacrymis Ioseph, & dixit Sacerdos: Pos-
tabo vos aqua redargutio- De aquis redargutionis
nis Domini & manifestas- de iudicio suspectæ de
bitur peccatum vestrum in adulterio, de ratione i-
oculis vestris. Et accepta tem explorandi ac pro-
aqua, sacerdos potauit Iosephum, & misit eum ad bandi virginitatem vt
montana, & redijt sanus. de cap. 5. Numer. cap.
Potauit & Mariam ipsam, 22. Deuteron. Basilium
et misit eam quoq; ad montana, & redijt incolumis. Et etiam in latinis operib9
miratus est totus populus quod peccatum non sit mani- pag. 493. & 499.
festatum in ipsis. Et dixit sacerdos: Deus non mani-
festauit peccatum vestrum, nec ego iudico vos. Et
absoluit eos.

Accepta itaq; Mariam Ioseph, abiit in domum suam
gaudens, & glorificans Deum Israel.

Factum est autem des-
cretum ab Augusto Cæsare,
vt describeretur omnes
qui erant in Bethlehem.

Et dixit Ioseph: Ego
describi curabo filios meos:

Lucas cap. 2. notauit fa-
mam publicam, quod
totum describi vellet
orbem Augustus, quod
vnum si fecissent Ro-
mani, fuisset id omnino
externis ac gentium li-
De

De hac autem puella quid
faciam? quomodo illam
inscribam? Vxorem ipsam
inscribam? Atqui vxor
mea non est: Ipsam enim
in conseruationem accepi,
ex templo Domini, nonne
filiam? sed nouerunt omnes
filij Israël, quod non est
mihi filia. Quid de hac fac-
ciam? Equidem in ipsa die
Domini faciam, sicut vo-
luerit Dominus. Et strauit
Ioseph asinam & fecit eam
conscendere super asinam.
tali tollere cupiebat.

ἀπογραφῆ.

Ioseph autem & Simon
sequēbātur à milibus tri-
bus. Et conuersus Ioseph vidit eam mœstam, & dixit in
seipso: Forsan quod in ea est, ipsam contristat. Et
rursus conuersus Ioseph, vidit eam ridentem, & dixit
illi: O Maria, quid hoc rei tibi est, quod faciem tuam
video quandoq; hilarem, quandoq; mœstam? Et dixit
Mariam Ioseph: Quoniam duos populos video in es-
culis meis vnum quidem
sistentem & gemebundum,
alium autem exultantem
& ridentem.

teris mandatum. Iaco-
bus vero notauit malici-
am imperii Herodis, qui
prætextu descriptionis v-
niuersi orbis, potius, de-
scribi voluit Bethlehem-
itas, à quibus meruebat,
quod per aduentum Ma-
gorum Regum Orientis
& consilii scribarum in-
dicationē, ac sibyllarum
oracula, quæ Romæ cu-
stodiebantur cognouit-
set, in procinctu iam esse,
vt Rex ille adorandus in
Bethlehem nasceretur:
de quo Suetonio etiam
teste fama in Oriente
percrebuerat. Illum astu
Vide Suidam in voce

Qui fratres Iesu dicun-
tur Marci cap. 6.

Duo populi separati in
Christo, alter ample-
ctens eum, alter respu-
ens: quos gemini Re-
becca etiam figurarunt
in Genesi,

D 3

Et

Et inueniens ibi speluncam, introduxit eam, & præfecit illi filium suum, & exiens perquirebat obstetricem in regione Bethlehẽm.

Quæ spelunca sita erat ad ortum oppidi Bethlehẽm, quemadmodum scripsit Postellus. Quinetiam hodie illius loci incolæ tanquam à patribus accepta memoria ijs qui visendi loci gratia Bethleem petere consueuerunt testimonium suum afferunt veritati fidem facientes, & speluncam ibidem monstrant vbi virgo enixa infantem deposuit. Euseb. de demonstrat. Euangel. lib. 3. cap. 2. & lib. 7. demonstr. 4. cap. 2. Nicephorus lib. 14. cap. 32. tradit Diuam Hebenam Augustam speluncam vbi Christus natus est multifariam exornasse.

(Filiũ suum.) Iacobum natu maiorem.

Cum autem deambularet Ioseph, vidit polum coelum stantem, & aërem obstupefactum, & volatilia in medio cursu cessantia. & aspiciens in terram, scapham cibariam positam vidit, & operatores recumbentes, quorum manus in scapha essent.

Et mandentes non mandebant. & qui manus attollebant, nil capiebant; & qui offerebant ori suo, nil afferebant: sed omnium facies erant intente sursum. Et ecce oues erant disperse, nec progrediebantur sed stabant. Et eleuans pastor manum, ut percuteret eas cum virga, manus eius stabat sursum: Et aspiciens in torrentem fluminis, vidit ora hircorum imminencia

Prodigium oblatum Iosepho nascente Christo, representans perturbationem mundi, non agnoscentis neque recipientis Seruatorem.

imminentia quidem aquæ, sed non potantia, sed omnia
sub momento ab ipso cursu erant impulsa. Et ecce
mulier descendens a montanis ait illi: Tibi dico, ô ho-
mo, quo vadis? Et ait: Obstetricem quero Hebræam.
Et dixit illi: Ex Israel es tu? Aitq; illi: Sic. Illa autem
dixit: Et quæ est quæ parit in spelunca? Et ait illi:

Quæ mihi est desponsata.

Et ait illi: Nonne est vxor
tua? Dixitq; Ioseph: Non
est mea vxor, sed est Ma-
ria, educata in templo

Negat vxorem esse Ma-
riam, ex qua videlicet
ipse procreare volueris
sobolem, non autem
coniugem desponsam.

Domini, et habet conceptum ex Spiritu Sancto. Dixitq;
illi obstetrix: Hoc ne verum est? Dixitq; ei: veni
et vide.

Et abiit obstetrix cum
ipso. Et stetit in cons-
pectu speluncæ. Et ecce
nubes lucida obumbrabat
speluncam. Et dixit obstes-
trix: Magnificata est ani-
ma mea hodie, quia vides
runt oculi mei stupenda.

Ortus Messiaë per An-
gelos pastoribus indi-
catus, etiam prodigijs
alijs illustratur. Quid
enim magis admiran-
dum, aut ad salutem ne-
cessarium, quem Dei
filium esse hominem
factum ex Spiritu san-
cto & virgine matre?

Repente autem fuit nubes in spelunca, et lux
magna, ita ut oculi nostri non ferrent: paulatim
vero lux sese subduxit, quousq; visus est infans. Et
accipiebat vbera ab ipsius matre Mariam.

Et clamavit obstetrix, et ait: Magna mihi ho-
die dies est, quia vidi hoc spectaculum magnum.

Exijtq; obstetrix ex spelunca, & obuiauit illi Salome.
& dixit obstetrix ipsi Salomæ: Magnum tibi spectas-
culū habeo narrare. Virgo genuit quem non capit natura
ipsius, & virgo manet virgo. Dixitq; Salome: Viuit
Dominus Deus meus, nisi scrutata fuero naturam eius,
non credam quod peperit. Et ingrediens obstetrix,
dixit ipsi Mariæ: Reclina
teipsam, magnum enim ti-
bi certamē incumbit. Cum
autem in ipso loco palpa-
uit eam Salome, egressa est dicens: Va: mihi impia &
perfidæ quoniam tentauī DEVM viuentem. Et ecce
manus mea igne ardens, cadit à me. Et flez-
xit genua ad Deum, & ait: Deus Patrum nostrorum,
memento mei: quoniam Semen Abrahami, & Isaac,
& Iacob sum. Et ne traducas me apud filios Israel,
sed redde me parentibus. Tu enim nosti Domine, quod
in nomine tuo omnes curas & operationes meas comple-
bam, & mercedem abs te recipiebam. Et angelus Do-
mini astitit, dicens ad eam: Salome, Salome, audiuit
te Dominus, offer manum tuam puero, & gesta illum:
erit enim tibi salus & gaudium. Et accessit Salome,
& gestauit eum dicens: Adorabo ipsum, quia Rex
magnus natus est in Israël. Et gestato puero, repente
sanata est Salome. & exijt è spelunca iustificata.

Et ecce vox ad eam dicens: Ne ans-
nuncies que vidisti magna, donec
ingrediatur puer in Ierus-
salem, &c.

Admiras

ADMIRATIONE PLENA
HISTORIA DE IESV CHRI-
sto, ex Suidæ Philologia, interpre-
te Vito Amerpachio, cum
addita mente M.
Neandri.

Temporibus maxime pietatis
Imperatoris Iustiniani, fuit homo quidam Prins
ceps Iudeorum, cui nomen Theodosius erat. Hic multis
Christianorum fuit notus: ac ipsi de quo dictum est,
fide prædico Imperatori. Sub eadem vero tempora ho-
mo quidam Christianus erat (Philippus ei nomen) vt
compendio dicam, argentarius. Hic rerum suarum
Theodosio conscius & vera benevolentia coniunctus,
hortabatur & monebat eum, vt Christianus fieret.
Quodam ergo die Philippus Theodosium ita est allocu-
tus: Cur nam, cum vir sis sapiens, & perfecte scias ea
quæ Lex de Domino Christo, & Prophetæ prædica-
runt, non ei credis, & Christianus efficieris? Nam de
te sum persuasus, quod non ignorans quæ sunt à Scri-
pturis diuinitus inspiratis prædicta de Christi nostri
communis Domini præsentia, recuses fieri Christianus.
Festina igitur ad seruandam animam tuam, credendo
in Seruatorem & Dominum nostrum Iesum Christum,
ne, si permanes, in incredulitate, obnoxium teipsum
facias æternæ damnationi.

Hec Iudæus cum audiuiſſet à Chriſtiano ad ſe dici, probauit cum, & verbis ei reſpoſuit gratiam, ac in hunc modum reſpondit: Accipis tuam beneuolentiam, quod ſalutis anime gerens mee, laboras adhortando, vt Chriſtianus ſiam. Quare, vt coram DEO, qui nouit ac intuetur occulta cordium, ſine dolo & ſimulatione veriffimè verba tibi faciam. Adueniſſe igitur à lege ac Prophetis pronunciatum Chriſtum, qui adoratur à vobis Chriſtianis, planè ſum perſuaſus, & conſtanter confiteor, vt vero amico meo, tibi, & ſemper curanti, que ad bene mihi faciendum pertinent: ſed humana ratiocinatione impeditus, non ſio Chriſtianus, ac in his meipſum damno. Princeps nunc ſum Iudæorum, quando ſum Iudæus; & honore magno, ac multis muneribus atq; omnibus ad hanc vitam neceſſarijs vtor, fruorq;. Suſpicio autem, neq; ſi Patriarcha ſam Eccleſie Catholice, aut Principatus maiores ac dignitates nanciſcar à vobis, tanta obſeruantia dignum habitum iri. Ne igitur excidam ijs que in hac vita videntur afferre poſſe delectationem, futuram vitam negligo, male hoc faciens.

Vt autem probem tibi, dilecto mihi, meam orationem, arcanam tibi credo, quod apud nos Hebræos

Diuus Clemens in ſuo Chriſtianæ religionis compendiaro libro: Innocentius etiam, vt eſt in decretis Canonice, cauſas indicant introductæ differentie Episcoporum & Sacerdotum, Fuerunt Archiepiscopi qui Primates etiam & Patriarchæ vocati ſunt, principio quatuor, Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hieroſolymitanus: poſtea translata Byzantium ſede Imperij, additus eſt Conſtantinopolitanus, quod abſtruſum

abstrusum est: cum perfecte cognitum habeamus, Christum, qui à vobis Christianis adoratur, ipsum esse, qui à lege & Prophetis prænunciatus est: non tantum ex ijs quæ antè scripta sunt, verum etiam ex descripto apud nos, & recondito arcano.

Diaconis: Archipresbyteri, presbyteris: & ijs omnibus Præpositi vel Decani præstabant: Cæterum tempore Cornelij Romani Episcopi, circa annum Christi. 260. fuit vnus Episcopus, Presbyteri quadraginta sex, diaconi septem, hypodiaconi septem. Acoluthi 42. Exorcistæ & Lectores cum Ianitoribus 25. Viduæ cum afflictis supra mille quadringentæ: autore Eusebio lib. 6. cap. 43. Fuerunt etiam ἐνεργόμενοι, et κατεχόμενοι, quemamodum est apud Dionysium Areopagitam in Ecclesiastica Hierarchia, capite in quo agitur de Sacramento collectionis siue communionis.

Sic autem habet arcanum: Antiquis temporibus, cum templum Hierosolymis conderetur, consuetudo erat apud Iudeos, numero æquales nostris literis, quæ sunt viginti duæ, Sacerdotes in templo constituere: vnde viginti etiam duos libros diuina inspiratione factos numeramus. Codex ergo repositus erat in templo, in quo inscribatur vniuscuiusque duorum et viginti Sacerdotum nomen: & Patris eius nomen, ac matris
Aliquo

stantinopolitanus. Verum postea plures etiam creati sunt, crescente ambitione: ac metropolitani etiam vocati, quod residerent in ea vrbe, quæ prouinciæ cuiusque caput esset ac metropolis, ac his suberant cuiusque regionis Episcopi. Episcopi autem singularum fuerunt ciuitatum Doctores, non Prouinciæ. Sic Archidiaconi,

Aliquo igitur ex eis mortuo, ceteri conveniebant in templo, & alium communi decreto constituebant in locum eius qui decesserat, suppletes duorum & viginti Sacerdotum numerum ac inscribebant Codici diem quo is finisset, cum Patris & Matris nomine, quisque lectus esset in eum locum, & parentum eius nomina. Cum itaque hic mos obtineret in Iudeorum gente, contigit temporibus illis, quibus in Iudea Christus versabatur, ut unus viginti duorum sacerdotum, vitam finiret, antequam se Christus patefaceret, ac doceret homines, ut in ipsum crederent. Conuenerunt itaque reliqui sacerdotes, ad creandum alium pro mortuo sacerdotem, ac unum quoque dignum, prout ab ipso crederetur, qui fieret Sacerdos, proponente: Ceteri, ut parum instructum virtute, cuius gratia deberet fieri Sacerdos, repudiauerunt. Cum enim sapiens esset moribus, & vita utilis, in ignorantia vero legis & Prophetarum constitutus, ad sacerdotium indignus iudicabatur. Sic igitur multis factis per suffragia sacerdotibus & omnibus reiectis, quidam ex eis excitatus, in medium procedit, ac dicit reliquis: En multi à vobis nominati, sunt inuenti non conuenire Sacerdotio. Feratis ergo & me de uno dicentem homine, qui sit mortuo Sacerdoti sufficiens. Opinor autem nemini vestrum non placiturum esse factum à me decretum. Ac hortantibus reliquis eum sacerdotibus, dixit: Ego in mortui Sacerdotis locum venire volo Iesus, filium Iosephi Fabri, etate iuuenem sanè, verbis autem ac vita & moribus commode ornatum. Ac puto neminem ex hominibus, unquam esse conspectum oratione, vltà, moribusque talem, qualis hic est: ac opis

nor hoc vobis omnibus Hierosolymis habitantibus notum esse, nec ab ullo posse contradici.

Hanc orationem cum reliqui Sacerdotes audiissent, virum sunt complexi, atque decretum confirmaverunt: Iesum confessi omnium esse hominum aptissimum ad Sacerdotium.

Quidam autem cum non esse de tribu Leui, sed Iude, ac Filium Iosephi dicebant. Sic enim apud Iudeos iure cognitum erat. Iosephum vero ex tribu Iude, non ex Leui tribu deduci, omnia testabantur: ac ideo quod non videretur ex tribu Leuitico esse, prohibebant eum sacerdotem fieri. Sacerdos vero, qui nominabat eum, respondit eis ac dixit: Eius genus mixtum esse. Nam olim factam esse tribuum duarum commistionem vetustis aetatibus, indeque Iosephi genus deduci. Hoc audito, reliqui sacerdotes approbaverunt decretum: & communi consilio visum est omnibus ijs qui conuenerant, Iesum constituere pro Sacerdote mortuo.

Cum autem haberet consuetudo, non tantum nomen eius qui fieret Sacerdos, in codicem referri, sed etiam Patris ac Matris eius; dixerunt quidem eorum, esse accersendos prius parentes. & ab eis discenda ipsorum nomina. Ceterum exponendum esse ab eis, an sit ipsorum filius, qui sit ad sacerdotium declaratus, ac placuit hoc omnibus. Is igitur qui nominatim Iesum, ut Sacerdos fieret, ante proposuerat, Iosephum dicit patrem Iesu decessisse, ac solam huius matrem viuere. Consenserunt itaque omnes, ut matrem eius in concilium ducerent, ac ab ea discerent, an esset mater Iesu, & an eum peperisset ipsa: & audirent eius viri nomen, unde Iesum peperisset.

eperisset. Cumq; hoc placuisset cunctis, vocauerunt matrem Iesu, ad eamq; dixerunt: Quando ille Sacerdos mortuus est, huius & huius filius, & volumus filium tuum Iesum ei surrogare: mos autem est, patris & matris nomen describi, dic nobis an sit Iesus filius tuus, & an eum pepereris? Maria cum hoc audiuisset, respondit Sacerdotibus in hunc modum: Fateor quidem Iesum esse Filium meum, ego enim eum peperi: ac mihi testimonium dant viri & mulieres, qui tunc fuerunt, cum eum parerem. Quod autem Patrem non habeat in terra, plenam cognitionem à me sumite, si vultis. Cum enim essem virgo, & in Galilæa versarer, angelus Dei, me vigilante, non dormiente, ingressus in domum, in qua eram, bonum hoc nunciauit, è Spiritu Sancto me parituram esse filium, cuius nomen me Iesum facere mandauit. Cum igitur essem virgo, & hoc visum vidiissem, concepi, & peperi Iesum ita, vt manserim virgo ad hodiernum vsq; diem, etiam postea quam peperi.

Hec vbi Sacerdotes audiuisent, venire iusserunt fideles obstetrices, & commiserunt eis, vt explorarent, verè ne adhuc virgo esset Maria. Que plenam fidem nactæ ex rebus, virginem esse eam affirmarunt. Accesserunt etiam

que adfuerant, ac viderant eam parientem, Iesum eius filium esse testantes. Obstupefacti autem sacerdotes ob

De exploratione virginitatis Mariæ per aquas redargutionis, de quibus est Numer. 5. Item quomodo Ioseph sit vocatus in iudicium propter Mariam grauidam & potatus aqua redargutionis priusq; à peccato inuentus.

ca

ea que dicebantur à Maria, quæq; ab ijs qui dederant
ei testimonium de partu, Mariæ dixerunt: Dic nobis
audacter, vt percipiamus ex ore tuo, cuius sit, & cuius
filius, vt sic à nobis describatur. Quos enim parentes
dixeris nobis, eos describemus, & non alios. Hæc
respondens ait: Ego vero ipsum genui, patrem eius in
terra sciens neminem, sed audiui ex Angelo, filium esse
Dei. Cumq; nulli nupserim virgo sum. Hæc vt audierunt
Sacerdotes, in librum inscripserunt ita, vt ex-
primerent, quo die Sacerdos esset mortuus, quæ es-
sent ipsius & parentum eius nomina: quodq; in
eius locū suffecissent communi decreto, Iesum Filium
dei uiuentis & Mariæ virginis.

Vide Rhodoginum lib. 9. cap. 19. lib. item 14. cap. 1. antiquarum lectio-
num, de Christo, Mariæ ac virginum partu ex
Aegyptiorum doctrina. Vide itē plura de Chri-
sto gentiū testimonia, ac à quibus Imperatoribus
cultus eius extractus apud Tertullianum in A-
pologético cap. 5. Eusebium lib. 2. cap. 2. Oro-

siam lib. 6. Archidiaconum Florentinum in summa
sua, parte 4. titul. 11. de doctrinis gentilium. Crinit.
lib. 10. cap. 5. Gaudentij Merulæ rerum memora-
bilibum lib. 5. cap. 3. Postellum item de orbis terræ
concordia lib. 1. cap. 14. Item lib. 4. cap. 8. Basil. in
homilia in Christi natiuitatem. &c.

Et hic liber ex templo ereptus, & conseruatus est ab ijs
qui abstulerunt apud Iudæos, primo tempore captiuitas
tis Hierosolymorum cum Tyberias Ciuitas erat
templo ac Tyberiadē est res-
positus: & est hoc arca-
num paucis omnino & se-
dis nostræ gentis notum.

Tyberias Ciuitas erat
Galilæ, sita ad lacū Ge-
nezareth, ab Herode
Tetrarcha extructa in
honorem Tyberij Cæ-
saris: vbi residebant

Quam

Quam ob causam & mihi patefactum est, ut Principi ac Doctori gentis Iudeorū. Non tantum igitur ex lege ac Prophetis plenam & certam cognitionem habemus, Christum, qui adoratur à vobis Christianis, ipsum esse filium Dei uiuentis, profectum in terram ad mundi redemptionem: sed etiam ex descriptione, quæ in hodiernum vsq; diem conseruata est, ac Tyberiadē reposita.

ronymus huius rei meminere, ac certius, recti, usq; est credere, quod vocales literis ab initio fuerint substratæ.

Hec ad se dicta ubi Christianus audiisset à Iudeo, motus ardore diuino, dicit ei: Statim & recta referam, quæ dixisti, ad fidelem & pium Regem, ut mittat Tyberiadem, & proferat Codicem, de quo dicis, ad representationem Iudeorum. Sed Iudeus dixit ad Christianum: Quare vis animæ tuæ damnationem accersere, ac ad Regem etiam transferre: nec id, quod opera datur, adsequi: Nam si tale factum fuerit aliquid, magnum bellum conflagabitur, & sequentur cædes. Ac ubi se opprimi videbunt, locum in quo repositus est codex, incendunt: frustra q; nos laboramus, quando non conficietur id quod à nobis incumbitur, ac solum sanguinis effusionem

post vastatam Hierosolymam à Tito, præcipui Iudeorum sapientes, qui sapientes Tyberiadis sunt nominati, quorum Hieronymus etiam meminit, seq; ex eis Præceptorē habuisse aliquoties meminit, qui & Biblia accentibus distinxerunt, ac puncta vocalia addiderunt, quemadmodum id à multis est proditum: tametsi id Esdras quidam tradunt, cum Biblia post reditum ex Babylone reformaret. Verum nec Origenes, nec Eusebius, nec Hier

effusionem procurabimus. Hæc enim tibi ut genuino amico patefeci, ut fidem tibi facerem, non ex ignorantia me repudiare Christianismū, sed ex inani opinione.

Hæc postquam audiisset à Iudæo Christianus, & vera esse, quæ dicta erant ab eo, credidisset, Imperatori quidem eam orationem non aperuit: ne diuino ferore fidelis ille ac magnus Rex moueretur, & curaret sanguinis effusionem fieri: nec tamen & sic, in quod opera daretur, facinus tam insigne perficeretur: Sed multis notorum & amicorum eum sermonem detexit.

Eum nos cum ab ijs qui audiuiſſent à Philippo argentario, cuius facta est mentio didicissemus, non

De Suida vide Lib. Gregor. Gyraldum dialog. 3. de poetis Græcis & Latinis.

paruam adhibuimus curam, dum scire vellemus, an eam orationem Iudæus de illa descriptione certè habuisset. Inuenimus ergo Iosephum scriptorem occupationis Hierosolymorum, cuius multam Eusebius Pamphili mentionem facit in historia quam edidit Ecclesiastica, dicen-

tem apertè in suæ captiuitatis commentarijs, Iesum cum Sacerdotibus rem sacram fecisse. Hoc cum apud Iosephum inuenissemus, virum vetustum, qui non multò post Apostolorum tempora fuisset, quæsumus in scriptis impulsu diuino confectis, à quolalis oratio confirmaretur.

Iosephus Matathixæ filius ex Hierosolymis Sacerdos à Vespasiano captus, cum Tito filio eius, qui Hierosolymam obsidebat, relictus est. Hic Romam veniens septem libros captiuitatis Iudicæ Imperatoribus Patri Filioq; obtulit: qui & Bibliothecæ publicæ traditi sunt. Et ob ingenij gloriam, statuam quoq;

E

Inuenimus

Inuenimus igitur in Euang-
gelio, quod à Luca est con-
scriptum, intrasse Iesum
in Synagogam Iudæorum,
& librum ei datum esse,
legisseq; Prophetam Esaiã
dicentem: Spiritus Domi-
ni in me, propter quod un-
xit me, ut bonum & faus-
tum nunciem pauperibus,
misit me. Ratiocinati præ-
terea sumus, nisi locum ha-
bisset in administratione rerum sacrarum apud Iudæos
Christus Iesus, non datum ei fuisse librum, ut legeret
cum populo.

Nec enim apud nos Christianos licet in Ecclesia legi
populo volumina, quorum Dei spiritus autor est, nisi
quis in clerum, hoc est, ordinem & classem constitutos
cum a. l. curanda sacra sit receptus.

Ac ita ex ijs quæ narrata sunt à Iosepho, & Luca
Euangelista cognouimus, Theodosium Iudæum, quem
diximus, non finxisse, quod exposuit Philippo
illi argentario: Sed verè certoq; ut sins-
cero amico, Philippo, arcanum quod
apud Iudæos occultatum est,
credidisse.

FINIS.

meruit Romæ. Scripsit
autem & antiquitatum
libros 20. ab exordio
mundi vsq; ad decimum
quartum annum Domi-
tiani Cæsaris, & duos
αρχαιότητ & aduersus
Appionē Grammaticum.
Libellum item de Mac-
cabæorum martyrijs,
qui libri omnes impressi
extant, Græcè & Lati-
nè, aliqua etiam pars eo-
rundem Hebraicè.


osic
um
dio
um
ni
ios
lus
m.
ac
js
essi
ati
eos

eos
ret

egi
nfi
tos

uca
cm





ΔΗΜΗΓΟΡΙΑ

DE INCARNATIO
NE ET NATIVITATE
IESV CHRISTI FILII DEI,
SALVATORIS HOMINVM
ET MEDIATORIS VNICI.

Habita in solenni conuentu inclitæ
Academiæ Lipsensis

A

*Benedicto Dubeno Lucensi
opt. artium Magistro.*



VVITEBERGAE,
M. D. XCI.

ALBERTO
DE REGALIBUS
NE ET NATIVITATE
IESU CHRISTI FILII DEI
SAEVAE TORIS HOMINUM
ET MEDICINAE VITAE

Habita in solenni conventu iudice
Academice Lipsie

A

Benedictus Dabeno Lincis
opt. curam Magistro.

VITTEBROAE
M. D. XXV



A M P L I S S I M O V I.
R O, O M N I D O C T R I N A R V M
& virtutis genere prestantissimo Domi-
no Paulo Luthero, Medicina Doctore
eximio, & Illustriss. Principis
Electoris Saxonie &c. Ar-
chiatro, Domino & affini
suo colendiss.

M. Benedictus Duben Lucensis,
S. D.



Elebritas memoriæ nati in ter-
ris, vindicis ac parentis salutis
nostræ *ἡ ἀπαρθεύς, ἡ θεοτό-
κος* virgine, quæ Davidicæ do-
mus fuit atq; familiæ, Græcis
τὰ γενέθλια, καὶ θεοφάνεια appellatur: tum
quod ex ipsa aternitate genitum Patris,
quod in principio erat, & erat apud DE-
VM, & Deus erat verbum, caro factum,
non confusis neq; separatis, sed copulatis
in vnitatem personæ duabus naturis, verus
Deus, verusq; homo, Spiritus Sancti virtu-
te, & Mariæ castæ & incorruptæ virginis
conceptu editum sit & procreatum: tum
F 2 quod

quod θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί, secundum Apo-
stolum, εἰς μορφὴν ἡμετέραν κενόσας,
vt canit Gregorius ille Nansanenus, quem
eximio nomine Græci Theologum appella-
larunt. Etsi enim antea, D. Bernharo
attestante, apparuerat potentia Dei in re-
rum creatione, & apparebat sapientia in
earundem gubernatione: benignitas ta-
men misericordiæ, maxime apparuit in hu-
manitate: Cuius celebritatis historiam,
magno studio, & mentis attentione sum-
ma cognoscendam, atq; adeo animo infir-
gendam esse iustæ atq; graues rationes
quamplurimæ, in primis vero hæ duæ, quas
attingere iam satis habui, ostendunt. Et
ad priorem quod attinet, an non fides no-
stra hoc ipsum flagitat? quæ non solum
μοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ θεομαχοῦ Satanas, vt
eum vocat Basilius, sed dementata ab illo
quoq; ratio humana oppugnat, quamq;
bonitatis & misericordiæ diuinæ considera-
tione, ac bonorum, quæ ortu suo Christus
cum humano genere communicauit, me-
ditatione corroborare debebamus quotidie.
Accedit altera quod hoc pacto vitam actio-
nesq; nostras in historiam ipsam tanquam
in

in speculum inspiciendo de exemplo præ-
clarissimi conformare possimus. Etenim
rationi absurdum videtur, Deum qui mens
est spiritualis, æterna, immensæ sapientiæ,
libertatis, potentiæ, maiestatis, ad cuius nu-
tum columnæ cœli contremiscunt & pa-
uent (Iob. 26.) carne induta in has mise-
rias sese demittendo, abdicasse quasi sua
amplitude, vt morte sua, morti necem
inferret, & persolutis in carne supplicijs,
quæ nos commeriti eramus, nos ab omni
malo liberatos, & à tenebrarum Principis
potestate ereptos, ad beatissimam regni sui
lucem & salutem æternam reduceret. Rur-
sus verò Diabolus, immani odio filij Dei
ardens, atq; idcirco etiam huius civibus &
cohæredibus, salutem felicitatemq; perpe-
tuam, qua spontè seipsum ab omnipoten-
te & clementissimo Deo seiungendo, exci-
dit, inuidens, partim vltèrius deformare
hanc Christi formam seruilem conatur,
partim miseris hominibus superstitione &
superbia, deliciarum ac voluptatum illece-
bris, opum honorumq; cura, & alijs vitijs,
quæ κακῶν διδασκάλων, mundi nimirum
& carnis κακὰ sunt μαθήματα, benignita-
tis,

ris clementiæq; diuinæ considerationem at-
que omnium tum spiritualium tum corpo-
ralium beneficiorum memoriam excutere
non cessat. Meritò igitur omnibus, ad æ-
ternæ vitæ beatitudinē aspirantibus, sum-
ma est opera danda, vt omisis rationis hu-
manæ argutijs & ineptijs, contra diaboli
πᾶνδραγίαρ, astutias & fraudes, animos, au-
xilij diuini imploratione, contemplatione
que huius rei assidua, communiant, neq; à
debita obedientia, humilitate, patientia, fi-
de, & similibus virtutibus abduci se patian-
tur. Quocirca cum anno superiore, filij
Dei in terris facti hominis dies natalicijs,
in publico Academiæ Lipsensis conuentu,
more solito celebrandus esset, atq; in ea vi-
ri clarissimi, Præceptores mei obseruandis-
simi, voluissent, vt de ijs rebus, quarum
memoria, prædicatione solenni repetitum
soleret, aliquid ab ingenij mei facultate &
studij qualicunq; industria compositum,
recitarem: ego sanè vt monitioni huic ho-
nestæ ac utili obœdirem, cupidè operam
dedi, atq; à me promere quod possem
pro viribus meis studiosè perfeci. Quama-
nis autem hæcenus non raro verebar, vt ea
diligen-

diligentia & cura, hæc oratio esset elaborata, quæ placere bonis quamplurimis posset, quin immò satis videbam, editione eius, obrectandi causam maleuolis præberi: tamen Theognidis præcepto obsequi malui, dicentis, Musarum cultores, hoc est deditos bonarum artium liberalibus studijs, & eruditæ doctrinæ amatores, non oportere ingenij sui faturam mediocrem reprimere, sed cum quædam vestigare & inquirere, tum inuenta exhibere atq; proferre. Tuæ igitur Ampl. atq; præstantiæ has meas primitias offerendas iudicavi, quod nequaquam ambigerem, immo certò mihi esset persuasum, eidem meum istud studium fore acceptum, cuius esse humanitatem & beneuolentiam non mediocrem aut obscuram erga me iamdudum animaduerteram, qua etiam T. Ampl. & præst. me & cæteros cognatos meos, inprimis verò auum meum Iohannem Schlafium, quondam oppido Lucensis Consullem, arctius complecteretur vel hoc quoq; nomine, quod omni laude spectatis. Vir Do. Iacobus Lutherus &c. T. Ampl. & præstantis, Patruus, patruo meo

Johanni Dubeno, cui Seruestano, ibidem
nunc piè in Domino defuncto, filiam dile-
ctissimam matrimonio collocare, affinita-
temq; cum familia nostra contrahere non
dubitauerit. Atq; vt T. Amplit. ac præst.
muneris hoc quodcunq; est de meis studijs,
inter cætera pietatis exercitia illis ferijs
concinnatum, benigno animo accipiat,
meq; in posterum etiam fauori suo com-
mendatum esse patiatur, qua par est obser-
uantia rogo: quam ego, quibuscunq; con-
cedetur venerationis officijs, donec vixero
pro mea tenuitate, omni tempore & loco
fidelissime sum profecuturus. Deum quoq;
æternum tota mente precor, vt ipse Tuam
Amplit. & præst. vnà cum coniuge & libe-
ris suauissimis, totamq; familiam protegen-
do tueri, & conseruare, & augendo ornan-
doq; complere commodis, omniq; felicitate
velit, benignitate immensæ misericordix
sux infinita. Tuam Amplit. & præst. bene
valere opto. Lipsiæ, die circumcisionis
Domini inchoante annum salutis 1579.

Oratio.

ORATIO.

Reclarè fidus ille Christi præco & 1. Tim. 2.
 Apostolus, summusq; cum fide & b. 7.
 veritate doctor gentium Paulus, E 2. Tim. 1.
 phesios suos ad assiduam religiosamq; cap. 11.
 Christi venerationem & timorem Eph. 2. b 4
 hortaturus, Deum inquit, diuitem in misericordia
 propter multam caritatem suam, qua dilexit nos
 in Christo, etiam cum essemus emortui peccatis,
 conuiuicasse nos in Christo, & cum eo resuscitasse
 se, & simul cum eo sedere fecisse inter cœlestes per Colos 2. b. 9.
 eum. Et alibi in eodem Christo Domino & Sal-
 uatore nostro, omnes sapientiæ, scientiæq; thesau-
 ros reconditos esse, atq; adeo omnem inhabitare plen-
 tudinem Deitatis, non quidem per umbram aut fi-
 guram, neq; respectu aliquo seu consideratione, sed
 σωματικῶς, id est, ὑποστατικῶς, vel ut Græcorum
 nonnulli interpretantur σσακωπλιῶς. Sap. 9. e 13.
 Reuera autem omnium altissima est, & max. res Eia. 40 c 13.
 condita diuinitatis scientia, ad quam penetrare ho- Rom. 11. d 30.
 minum intelligentia nequaquam valet, quin ita pos- 1. Cor. 2. d. 16.
 tius est imbecillis, ut illius fulgore magis hebetetur,
 quã illustratur, eiusq; splendore statim retundatur, Exo. 34. d. 30.
 haud secus ac Aaron & filij Israël splendore in fa- 1. Cor. 3. c 13.
 cie Moysis, ex consortio sermonis Domini in monte Cor. 12 2. 2.
 Sinai apparente, tenebantur, & accedere ad cum Clem. Alex. li
 formidabant. Vnde & summus ille Apostolorum, 5. Strom. page
 qui raptus in tertium vsq; cœlum, audiuit verba que 172.
 fando explicari à quoquam homine nequeunt, mul- Act. 9. c. 15.

to minus aliqua vi possunt explicari: immo, quem
1. Cor. 3. d. 2 Dominus ipse de coelo, tanto cuexit praeconio, ut es-
um vas sibi electum, in quo nomen suum offerretur
gentibus, & celebrando perferretur, in Regum &
filiorum Israel conspectum, appellare non dubitas-
set: is, inquam, aperte atq; ingenuè confitetur,
nondum se quicquam in ea, qua diximus diuinitatis
scientia profecisse aut apprehendisse, sed veram &
integram contemplationem expectare in vita futu-
ra, ubi ita cognoscat, sicuti & ipse cognitus sit.

Certum est enim sic comparatam esse hominum
naturam omnium, in hac carnis imbecillitate &
fragilitate, ut quo plura de rebus diuinis commemo-
rare & explicare conemur, eo minus ex illis nos ex-
pediamus, sed victi fateri cogamur, nihil praeter
ignorantiam turpemq; inscitiam, cogitationes igna-
uas, & opiniones fallaces atq; incertas, nobis su-
peresse, adeo ut omnium hominum sapientiam, so-
lertiam & eloquentiam vel splendidissimam, in hoc
quasi pelago profundissimo; necesse sit emergi atq;
confundi. Quid quod & Deus ipse pronunciat,
2. Ro. 33. d. 20 neminem qui viuit hanc vitam temporariam, videre
posse faciem maiestatis suae & gloriae, id est, diuis-
nitatem & essentiam suam: & statim mortis dis-
crimen minatur atq; denunciatur illi, qui isthic oculus
1. Cor. 9. d. 16. sit ausus intendere. Etenim, ut sapiens inquit,
corpus grauat animam, & tenebrum domicilium
mentem curaturum plenam, altiora cogitantem des-
primit, ut coniectura vix quae in terris sunt, asses-
quamur, & quae in conspectu, interq; manus vera
sanctae

santur, laboriosè deprehendamus: tantum abest,
ut coelestia & longè supra nos posita peruestigea-
mus. Cuius scientiam approbans Paulus & pro **Rom. 12.**
pterea animi temeritatem plerunq; sui parum me- **a. 5.**
moris, non etiam nunquam alacrius quam par est,
in hominibus se exerentis, & equo liberius se pro-
ferentis, repressurus, & eandem intra septa & li-
mites suos reuocaturus, auditores suos iubet μὴ
ὑπερ φρονεῖν παρ' ὃ δὲ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς
τὸ σωφρονεῖν: quod veteres vocarunt non altum,
sed cum modestia sapere: & conuenit cum eo, quod
sapientissimus Hebræorum Rex præcepit, ut in cora-
dis simplicitate queveremus Deum, & in bonitate
de illo sentiremus.

Itaq; cum salus nostra in vera Dei ag- **Ioh. 17. a. 5.**
nitione consistat, & ipso filio Dei teste, Hec vi-
ta est eterna, ut cognoscamus Deum verum, &
quem misit Iesum Christum: homines autem, sicuti
ostendimus, quantumvis intelligentie luce præditi,
viribus, ut vocant, naturalibus res tantas dignosce-
re non possint, sed diuino egeant Magistro, idcirco **Ioh. 1. b. 14.**
Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: &
induit Deus carne filium sibi coeternum & equas-
sem ἴσος ἀπαύγασμα τὸ δόξης ἴσος χαρακτῆρα **He. 11. a. 9.**
τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ne nuda Dei speculatio-
ne absorpti periremus, sed ut ille filius Dei in-
star speculi nobis esset, in quo non ex aliqua
radiorum reflexione, appareret inane obiectæ rei
simulacrum, verum in cuius intimo & substantias
splendore Pater ipse nobis infinitam illam
&

Et omnipotentem, maiestatem et immensam ac incomprehensam φιλαυθγοπία contemplandam, atque corporis oculis conspiciendam, et manibus quasi palpandam præberet: quique a maiestatis diuinitatis radijs vrentibus, igneque consumente, ad carnem seu rerum sensibilibus cogitationem nos traducens, moneret, pia inuocatione, tacendo et stupescendo potius adoranda, quam altiore consideratione vestiganda esse diuinitatis mysteria.

Ad hoc igitur verbum incarnatum frequentes confugiamus, omnes in eo figentes cogitationes, et a Deo visibili, factoque in terris homine, Filio inquam æterni Patris carne induto, per quem Pater est locutus, et in quo vno idem splendorem suum conspiciendum exhibuit, petamus et hauriamus id omne, quod de inuisibili Deo, hoc est, de ipso diuinitatis abisso non est inutile aut periculosum, sed religiosa credere iubet, ac profiteri. Hoc namque est quod D. Augustinus scriptum reliquit: Christum factum esse hominem ad corporis oculum, ut credentes in eum, qui videri corporaliter potuit, curreremus ad eum videndum, quem spiritualiter videre non poteramus.

Tract. 14
in Iohan.
Clem. A.
lex lib. 5.
Strom.
pag. 255.

De quo cum in hodiernæ diei celebratione solenni, et mihi quedam dicenda essent in hoc, et Dei et angelorum, et hominum amplissimorum reuerendo conspectu, et celeberrimo omni doctrinarum ac virtutum laude clarissimorum virorum cœtu, et laudabili iuuentutis scholasticæ frequentia, etsi non adeo hebes eram ingenij ac industriæ, atque facultas

tis

tis meae existimator, ut praemetiri intelligentia non
possem quam longè esset difficilimum, dignum alio
quid amplissimo hoc conuentu, & tam augusta &
veneranda doctorum corona, in medium afferre &
explicare dicendo, de ea praesertim materia, de qua
tot annis à tam multis eruditae doctrinae copia praes-
stantissimis viris tam multa verba sunt ex hoc loco
facta; Quoniam tamen, tum Praeceptorum reue-
rendissimorum autoritas max. suspicienda, tum
quoq; consuetudo scholae huius nostrae inueterata,
vobis comperta, mihi non contemnenda, hasce dis-
scendi partes imposuit: bona me spes tenet, fore ut
pro vestra pietate & candore vestro benignè me
audiatis: vnde non faciam in causis afferendis,
cur hunc in locum produci me passus fuerim, excus-
sationem longiorem esse meam, ne autoritatem Prae-
ceptorum defugere videar, vsitata, eaq; optimo con-
silio instituta, temere culpae, aut de vestra huma-
nitate, parum humaniter sentire ac dubitare: qua
quidem fretus & ipso iam exorsu subleuatus, hoc
quicquid est oneris supra vires sublatum, quam mi-
nima animi infirmitate, actionis deformitate perfer-
re conabor.

Quoniam vero nihil possumus, nisi id detur ecce Ioh. 15. 2. 5.
litus, maximeq; in fidei nostrae articulis, longe sus-
pra rationem positus, duce habemus & magistro
Spiritu Sancto opus, qui nos in omnem veritatem Ioh. 16. b. 13.
ducat: Ideo te aeternae Deus pater Domini nostri les-
su Christi, quo vno mediatore habemus accessum Heb. 4. d. 16.
ad gratiae thronum tuae, supplicae cordis motu obte-
stamur

stamus & oramus, ut nobis omnibus clementer ad-
sis, & in cordibus nostris obsignes atq; confirmes
agnitionem tui, veram fidem & consolationem, ne
inualefcentium tenebrarum densitas hebetet aut ex-
tinguat in nobis illam fidei & agnitionis tue scin-
tillam, neus fascinati prestigijs & imposturis fals-
sarium opinionum deceremus a vijs tuis, sed ut simus
& maneamus templa Dei perpetuo: me quoq; Spi-
ritu tuo Sancto, vno omnis facundie Principe, eru-
dias huius in curriculo hore, ut si oratio mea ad doc-
endum, aut erudiendum, delectandumue sit apta,
et cuiuscunq; tamen modi sit, reuerenter memoriam
nati in terra filij tui, & dati nobis pueruli incarna-
tionem meditari, & aliquantum considerare, minis-
imum quoq; auditoribus doctis fastidium, non minis-
imum utilitatis fructum studiosis afferre possit.

Deinde a vobis quoq; Rector Magnifice, geo-
norosi Comites, viri reuerenda dignitate, amplitu-
dine, sapientia, omniq; doctrina ac virtute clariss-
mi, vehementer peto, summeq; contendo, ut mihi,
quem preceptorum obseruantia & sollemnis institus-
ei necessitas, non arbitrij voluntas in hanc faciens-
de orationis insolentiam, curamq; farum accuras-
tam coniecit, veniam detis, & quo minor est eius,
qua nunc erat opus dicendi copie in me copia, eo
maiore animi equitate, & humanitate, inopiam
meam subleuetis.

Et quia in hac frequenti literatissime iuueno-
tutis concursu, ijs de rebus sermo habendus est, que
a consuetudine temporis, lociq; non abhorreant, bo-
narum

varum quoq; rerū in super agnitione, multitudinem
que ad audiendum conuenit, aliquo modo instrua-
ant: constitui in hoc Christi natali die augustissis-
mo, in hac quoq; Academiæ nostræ æde ad ueritatis
diuini munera atq; functiones potissimum attri-
buita, secundum veterem morem pulcherrimum, cuius
quidem rationem ignorare non debeo, quemq;
in Ecclesia Christi hætenus seruatū fuisse constat,
cui florenti vel saltem incolumi, sicut pie scilicet om-
nes, ita quoq; nostra semper adiuncta fuit, quantum
facultatis largitus mihi fuerit Christus noster,
quædam commemorare, spectantia ad qualemcunq;
explicationem vaticiniij illius, quod extat apud Pro-
phetam Iesaiam his verbis: **בְּיוֹם הַהוּא שָׁרֵשׁ**

Isai. 11. 10.

יְשׁוּ אֲשֶׁר עָמַד לְנֶס עַמִּים אֱלֹוֹי גֹוִים
יִדְרְשׁוּ וְיִרְתְּהָ מִנְחַתוֹ כְּבוֹד
Id est, in die illa: radix Isai, que stat in signum populorum, illam
gentes requirent, & erit requies eius gloria.

Que verba etsi pauca & primo intuitu non adeo
magni videntur esse momenti, diligentius tamen eas
attendentibus, haud secus ac cetera Spiritus
sancti oracula uniuersa, non verborum solummodo
sed rerum etiam pondus eximium habere, &
mentis stupendam magis quam admirandam am-
plitudinem complecti, apparet. Ego autem habita-
ntis temporis & tenuitatis mee ratione, ex hac multa
copie doctrine & consolationis utilissima copia,
potero breuissime ea colligam, que non minus
grata

grata studiose iuuentuti (ad hanc enim potissimum oratio mea spectabit) quam auribus vestris iucunda fore confido : ostensurus primum omnium quam disertè simul & euidenter tempus aduentus Christi à Prophetis sit expressum : postea ipsum verum & Deum & hominem esse in vna persona, ex hoc ipso dicto demonstraturus. De quibus vt me dicentem paucis, & indicantem potius quam explanantem ea, quæ in hanc partem verbose proferrì poterant, benigne audiatis, neq; aures modo, sed & animos mihi commodetis, iterum qua par est ad vnumquëq; reuerentia, studio, contentione, maiorem in modum etiam atq; etiam peto.

Isai. 5. a. 1.

2. Reg. 14.

Hebr. 2. c. 11.

Isai. 1. a. 1

Fuit Isaias, cuius verba consideranda sumis-
mus, Amosi filius, natus stirpe regia, patruelis
Christi Iesu, quemadmodum seipsum, de vinea pul-
cherrimum canens carmen, appellat. Narrant enim
Iudæi, patrem Esaiæ fuisse fratrem Amazie, Regis
XI. Iudæ, à quo Christus, secundum carnem pro-
pagatus est, vt ita hic Prophetæ quam rectissimè
Christi Domini agnatus perhibeatur, non tantum
fide, (qua omnes pij efficiuntur fratres & mem-
bra filij Dei) sed etiam propinquitate sanguinis.

Deo autem sic ordinante missus, post Elisei
mortem, annis quinquaginta aut circiter exactis,
& Spiritu Sancto illustratus edidit oracula tempos-
ribus Osie, Iothami, Achazi, & Ezechie Regum
Iudaicorum, inq; ministerio fuit annos circiter octo-
ginta. Ac quidem antecessit ille Christum seculis
septem, vt recens hunc editum puerum præsens videret

re non potuerit, sed vidcrit eum Spiritu, quemad-
modum Abraham quoq; (vt testatur in Iohanne
Christus) & reliqui Patriarche & Prophete Ioh. 8. g. 56.
mnes. Vnde tam praeclara de illo passim elegia
prodidit, vt dubium sit nullum, quin sicut inter reli-
qua integrum hoc caput XI. ita quoq; illa verba,
de quibus nunc dicendum aliquid est, maxime insi-
gne, de Messia aduentu, qui est Christus, in carne
eiusq; regno & officio vaticinium contineant. Id
quod tum alijs rationibus quamplurimis, tum vel
imprimis ex eo potest animaduerti atq; demonstrari,
quod quemadmodum in precedente capite nono in-
ter alios titulos, aliaq; nomina ipsi attributa, etiam
haec obtinet, vt consiliarius vocetur & Deus fortis:
Ita hoc in loco describitur habere πνεῦμα κυρίας,
πνεῦμα σοφίας καὶ σωέσεως, πνεῦμα βδελύξεως
καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ ἠυσεβείας:
regnumq; eius non corporale aut externum fore, 2 Cor. 10. 2. 4
sed spirituale, non gladio aut armis carnalibus in-
stituendum, administrandumue, sed virga oris sui,
vel vt Psalter ait regius, virga virtutis suae, hoc est, Psal. 110. 2. 2.
verbo, stabiliendum & defendendum, quod est po-
tentia Dei ad salutem omni credenti, & gladius ille
anceps, penetrans, vt Epistola ad Hebraeos testatur, Rom. 1. b. 16.
ad intimos animorum recessus, immo verò ad me- 1. Cor. 1. c. 18.
dullas ipsas. Heb. 4. c. 12. Cum qua sententia, ferme Augustini
etiam congruit interpretatio, qui in expositione
Symboli ad Catech. per virgam significari scribit Lib. 3. cap. 4.
Mariam virginem, surculumq; seu florem, quo de
meminit Propheta, nihil aliud quam virginis filis

um Dominum Iesum Christum, denotare, qui de stirpe Isai purus, omniq; macula carens, proditurus sit, non aliter quam ex radice flos germinare soleat illibatus.

Isai. 7. c. 14

Et quamuis ex hoc loco certum tempus & definitum exacte produci nequeat, quo virgine parturiente nasci debuerit Saluator mundi: ad considerationem tamen eius accuratiorem lectoris animus vocatur, per eximij istius & singularis diei, & omnium aliorum longe maxime conspicui & gloriosi notationem. Etenim hanc $\epsilon\mu\phi\alpha\tau\omega$ & $\chi\iota\mu$ in lingua Sancta istae voculae habent $\text{נִינְוָה} \quad \text{בְּיִשְׁרָאֵל}$, ut non cuiuslibet temporis, sed eius fieri mentio intelligatur, quo praeter naturam & rerum seriem nasciturus sit homo naturalis: & verus ab aeterno Deus, contra aeternitatis rationem, in tempore carnem assumpturus, ex semine Abrahae & Dauidis posteritate in unitatem personae.

Huc vult Propheta oculos intendi, aduertiq; mentem, & herere in eius obseruatione cogitationem. Nec enim aliorum obscura erant Prophetarum oracula, quibus exacte definitum hoc tempus & locus monstratus, recensiteq; erant circumstantiae omnes, ex quarum consensu mirifico, deprehensibili manifesto poterat, apparitio inter homines & praesentia seminis illius, in quo iuxta Domini promissionem gentes benedicerentur.

Gene. 12. v. 3.
Ex. 18. c. 15. &
22. d. 18. &
26. d. 4.

Voluit namq; Deus semper multa & varia caq; evidentissima & certissima extare signa & testimonia suarum promissionum, ne qua illarum posset ignorari

ignorantiam excusare obscuritas, utq; piorum con-
firmata fides, fulciretur & impiorum obstinata cæ-
citas refutaretur. Nec attinet de alijs nunc quic-
quam inculcare prolixius, cum præsentem in re satis
argumenti sit, & luculente appareat, quantum ad-
hibuerit curam Deus & fidem, ut inter primos sta-
tim parentes, post eorum lapsum nota esset, perq; e-
os propagaretur ad posteros promissio de redemptio-
ne ipsorum perficienda per sui filij incarnationem, *1. Pet. 1. d. 20.*
quem huic quidem operi destinarat, ante mundi fun-
damenta, sed ultimis temporibus exhibuit propter
eos, qui adhuc ex gentibus ad fidelium societatem
per ipsum erant adducendi. Huiusmodi enim erat
vivifica illa Dei, & gratulabunda vox, qua ipsemet
consolans Adamum tristem promittebat, *Gen. 3. 8. 15.*
malum, in quod fraude Sathane deiectus erat, ab eo rursus
ablatum iri per mulieris semen, quod serpentis seduc-
tionis auctoris contriturum esset caput, & ab huius
Orannide generi humano liberato, pristinam inno-
centiam restitutum. *Genes. 3.* Quæ promissio deinceps post
diluvium quoq; sine dubio repetita est, cum Domi-
nus locutus est per verbum suum ad Noam: Posthac
non amplius execrabor terram propter hominem,
hoc est, propter semen promissum, filium meum in-
carnatum. Hic nanq; constituto tempore homo
factus, legis maledictionem, iram Dei, & peccatorum
diluvium à nobis auertere, & perpetuam bened-
ictionem cunctis hominibus reparare debebat.

Verū enimvero, hæc promissiones generaliores cum

nondum videri possent satis constanter in spe certa
& fiducia, fragilem hominis & leuiculam mentem
retinere, non ita multò post Dominus eandem quasi
contrahens ad certam alligauit speciem, In semine,
inquirens ad Abrahamum, tuo, benedicentur omnes
gentes terræ, vel vt est in Hebreo: **נְבָרְכוּ בְךָ כָּל**
hoc est, per & propter: **מִטְפַּחֲרֵי הָאָרֶץ**
semen tuum vniuersæ cognationes terræ benedicent
se se & felices atq; beatas reputabunt, inq; illo solo
beatificandas se verissime dicent. Atq; ne sic quis
dem plenè satisfactum ratus hominibus, quorum
probe nouisset imbecillitatem & animorum volubis
litate, tempus etiam exprimi & locum designari,
& familiam, gentemq; futuri Messie iussit indica
ri. Adeo clementissimus Deus fideliter prouisum
voluit esse hominibus, & haud quicquam eorum des
siderari, que ad ipsorum salutem pertinebant, &
fidei in eis incrementum. Quocirca disertis plas
ne & conceptis verbis concionatus est Patriarcha
Iacob de familia illius & tempore: Non prius in
quirens, a Iehuda ablatum iri sceptrum & regiam
potestatem, aut de futurum ex femore eius ducem Is
raëlis, quam veniat qui mittendus est **יְשׁוּעָה** hoc
est, felicitas, siue autor salutis, pacis & omnium
rerum abundantie, ad quem gentes confluent, & ei
obedientes adhærebunt. Vbi Thargi Hierosolomi
tani paraphrasis, tum propter vetustatem & anti
quitatem, tum luculentissimam locorum scripturæ
de Messia interpretationem, tum etiam propter au
toritatem quam apud omnes Iudeos habet insignem,
diligentissime

diligentiſſime notanda, ſic habet: **לֹא יֵעָרֵי עִבְרָה**
שׁוֹלְטָן מְדִבְרֵי יְהוּדָה וְסִפְרָא מְבַנֵּי בְנוֹהוּ
עַד דְּיֵיתִי מְשִׁיחָא דְרִילָה הִיא מְלִכּוּתָא

Hoc eſt, Non deſi: **וְלֹא יֵשְׁתַּמְעוּן עִמְמֵיהֶן**
cient Reges (ſeu auctores vel factores, ſive domi-
nij Regij) de domo Iudah, neq; ſcribe doctores
legis de filijs filiorum eius, vſq; ad tempus, quo ven-
iet Rex Meſſias, cuius eſt regnum & ei ſubijcien-
tur tandem omnes Reges terræ.

Quid quaſo his potuit dici clarius? quam iſtud
fore tempus quo venturus ſit et naſciturus Meſ-
ſias, quando coacti in ſervitutem Iudæi, ſpoliatiq;
regno ſuo & ſacerdotio, non amplius de ſua tribu
Regem, ſed præſidem eſſent habituri alienigenam
& peregrinum. Conſentit cum hoc quod Daniel
in vltima mundi monarchia, Romana videlicet,
Chriſtum naſciturum oſtendit per lapidem ſine ma-
nu de monte præciſum: indicans ſine hominum ope-
re, ſeu vt aliàs loquimur, ſine coniunctione maris
& foeminae, ſineq; virili coniunctione aut ſemine
per ſolam Spiritus Sancti operationem, & obumbra-
tionem virtutis ab illo qui ſit altiſſimus, ex caſta
virgine naſciturum mundi ſaluatorem **DEVM**.
Ita enim hunc locum, omnis conſolationis plenissi-
mum, Eccleſia tota, & huic conſentientes accipiunt
atq; interpretantur, ſancti & pij veteris Eccleſiæ
Doctores Tertullianus, Didymus, Ambroſius, Aus-
uſtinus, Hieronymus, & alij innumerabiles.

Verum omnium maxime perſpicuum eſt illud,

63

quod

Luc. 1. c. 35.

Tertul. li. ad-
verſy Iudæos
p. 121. Et 130
adverſ. Marc.
pag. 199.

Amb. Rom.
2. 10.

Auguſt. in Ioh
tract. 9. c. 7. &
in enar. Pſal-
mi 98.

Hieron. in. 1.
cap. Daniel.

Act. 19. b. 10
2. Par. 36 d.
2. 1. b. d. 1.
8. 1.

quod idem Propheta definitum recenset hebdomadam
& annorum numerum a liberatione populi ex Babiloniorum captiuitate usque ad Christi predicationem & mortem. Ab exitu, ait, verbi, (Ieremie
puta: Nam & Prophete olim aliorum scripta euolu-
uebant, id quod ex hoc loco planum est.) Ab exitu,
inquam, verbi de instauranda Hierusalem usque ad
Christum ducem, hoc est, excellentissimum illum
principem, quo nemo fuit sanctior, hebdomades erunt
septem et sexaginta duae, et instaurabuntur plateae,
& muri in temporum angustia condentur: post has
autem hebdomadas occidetur Christus, nec amplius
erit populus eius, qui ipsum negabit, sed confirma-
bit pactum suum cum fidelibus, & tamen in ultima
hebdomade cessabunt hostiae & sacrificia, &c.

Agg. 2. b. 1.

Hec si paullo fusius tractare liberet, vel etiam
propter angustiam temporis liceret, facile ostendi
posset, tam commode illa omnia cum historiarum
monumentis & temporum annalibus congruere, ut
non vaticinijs predicta, sed pro certo aliunde trans-
scripta viderentur. Quanquam enim in temporum
articulis, plane similes omnium non sint & consens-
tientes aequae rationes accurate tamen conspiciuntur in
intermedium tempus a reditu Iudeorum ex Babylone
ad Christi predicationem, annos traxisse 490,
quam summam constituunt septuaginta hebdomades
annorum a Daniele praescriptae. Ne qua tamen
etiam in numerorum supputatione esset ambiguitas,
sed res omnis illustrior euaderet, Aggeus eo ipso,
quod secundo conditum erat, templo stante, Messiam
am

am venturum affirmavit, & patriam eius nuncupavit
 ait Micheas. Esaias vero promissionem ad certam
 persone conditionem restringens, matrem Messie
 non tantum sexus fore muliebris, sed & virginem
 vaticinatus est, 757. ante annos quam implectur,
 regnate scilicet Rege Iudae Ahas. Nam, ecce, inquit,
 אִשָּׁה עֹלָמָה virgo siue adolescentula pregnans est, &
 vocabitur nomen eius אֲנָנִים. Et iterum: An-
 tequam parturiet peperit, & antequam veniret dos
 lor eius enixa est masculum. Consentunt igitur
 vater se omnia que per Prophetas multis antea seculis
 sunt predicta, cum quibus Evangelistarum etiam
 narrationes concordant, illa istum ad modum
 esse facta comprobantes, ut utrorumque consensione
 veritas statuatur irrefragabilis.

Mic. 5 2 1.
 Matth. 2. 2 6
 Ion. 7. 1. 42.
 Isa. 7 14
 Isa. 66 7

Neque vero est cur aliquis opinetur, illi quod
 paullo ante adductum fuit obstare hoc, quod olim
 & etiamnum a Iudeis obijci accepimus, pretendens
 tibus, antea quoque sceptrum fuisse de Iuda ablatum,
 dum illi in captiuitatem abducti Babylonicam, ante
 nos ibi septuaginta permanserunt. Nam etsi hoc
 negari non potest, miserè illos tum assuetos sine mag-
 istratu suo legitimo vixisse: nunquam tamen usus
 venit, ut ita prorsus magistratus & legislator polis
 ticus, sicut nec ministerium legis, sublatum esset,
 quin semper de pedibus Iudae, hoc est, regni reliquijs,
 prestantes aliqui duces extiterint. Id quod hinc fit
 manifestum, quod tunc non omnes סֵנִיָּוִיִּין qui capi-
 ta Iudeorum & ordinarij iudices istius populi erant,
 à Nabuchodonosore

Iust. Martyr
 in colloq. 1
 Tryphon. 2
 pag 96. ad
 102. 10m. 19
 Oper. latin. 2.

a Nabuchdonosor interfecti fuerunt, sed multi eor-
 um in Babyloniam descenderunt, ibidem iuxta leges
 eorum & mores, ex Regis consensu, Iudeorum
 causas dijudicantes & determinantes. Atq; hoc ita
 se habere, tum ex alijs testimonijs firmiter assue-
 ri, tum etiam imprimis ex autoritate veterum Ras-
 binorum, potest. Nam in commentario super Cans-
 ticum Canticorum, Midrasch Sir Haßirim nuncus-
 pato, ad eum locum: Dilectus meus descendit ad
 hortum suum, ad areolam aromatis &c. Thar-
 gum sic habere legitur: Dominus seculi suscepit or-
 rationem eorum cum cōplacencia, descenditq; in Bas-
 byloniam ad sapientes Sanhedrin &c. Sed & post
 illam captiuitatem Babylonicam Iudeorum popus
 lum per eos gubernatum fuisse constat, qui ex tribu
 Iuda prodierunt, & Principes, Prophetas, sacerdos
 tesq; habuisse Haggæum, Zachariam, Esram, Iehos-
 schuam & alios, vsq; ad Herodem (Iudei sua lin-
 gua **הירורוס** eum appellant) Ascalonitam An-
 tipatris filium, qui Romæ à senatu & Cesare Ius-
 deorum Rex designatus, primus regnum ipsorum
 obtinuit, & sceptrum omnino à Iudeorum sanguis-
 ne auferens, suo imperio subiecit, anno ante natum
 Christum 37. qui fuit mundi 3927. A Roma au-
 tem condita 712. anno, Cn. Domitio Caluino II.
 & C. Asinio Cos. Zerobabolem etiam populi in
 eiusdem captiuitatis reditu Principem, ex tribu Ius-
 da fuisse oriundum ex Zacharia & Aggæo satis suo-
 perq; patet: quem cæteri omnes tunc secuti, penes
 quos vsq; ad Maccabæos regimen populi perseues-
 rauit, de tribu Iuda fuerunt. Quid

Cant. 6. 2 19

Ioseph. antiq
 li 14. cap. 23.
 pag. 394. b.

Agg. 1. d. 12.
 Zach. 1. 6. 7.

Quid vero Maccabei? Nam & horum tempore, administrationem Regni diu ante Christum natum à domo Dauidis ablatam, obstinate pertinacie Macth. 16. Iudæi perhiberi audent, & hac ratione Iacobi prophetiam, ante allatam, de continua à Dauide ad Christum successione labefactare.

Quid igitur, inquam, Maccabei? an non & ipsi vsq; ad Herodem Ascalonitam quem appellauimus, Iudæorum principatum obtinentes de tribu Iudæa censebantur? Inficias certe hoc ibit nemo. Nam Reg. 11. ut est videre in ijs quos Regum vocant, libris, Regia tribus, & Sacerdotalis erant commixta, & ipsi Maccabei secundum genus maternum ex tribu Iuda processerant, sceptrumq; 129. annos ante Herodem obtinebant, loco stirpis Dauidicæ administrantes Remp. & sacerdotij officia, in tribus Iudæe commoditatem, vsq; ad Siloh, à quo tandem tempore tribus Iudæe, nec de se nec de sanguine suo, nec de amicis suis, vel Reges, vel Sacerdotes amplius habebat, sed prorsus ad paupertatem redacta, Cic. in orat. pro Fl. c. um, 160. b. quemadmodum Cicero, de tota Iudæorum gente, loquitur, victa & cloeata, conditionem extreme miseram sub aliena potestate seruiebat. Quam familiæ istius obscuritatem, Esaias etiam noster, Christi natiuitatem ex infinitis prosapie Dauidicæ radicibus ducens, innuit: Ex radice, inquit, Isai, id est desolata ferme & extincta, & quasi emorta tua familia Dauidis (qui primus ex tribu Iuda regnauit, & cuius ætate hæc ad perfectionem erat

G 5 propine

propinquisima) germinaturam esse virgam, ac nas-
seturum heredem & ducem vernaculum qui popu-
li esset liberator.

Sanè Iannas secundus Hircanus, qui circa mun-
di conditi annū 3783. Iudeorum ducatum obtinuit,
& postquam multis praelijs Arabes vicisset, deinceps
in oppugnatione arcis trans Iordanem à se ex-
tractæ, interfectus est ab Antiocho Epiphane, pos-
tremus memoratur fuisse inter Principes Iudeorum
de domo Davidis: post quem incepit radix Isai, vnde
de nasci debebat Christus Messias, truncus fieri pos-
tris, de quo spes nulla, prout apparebat, esse poterat
quod regerminaret. Lucas etiam, in Evangelicæ his-
torie narratione, post Iannam quatuor tantum re-
censet Patres, Melchi, Leui, Matthat & Hebi, qui
et Ioachim nuncupatus fuit, parens ille virginis Mar-
ie matris Domini. Ac sunt ex veteribus Theolo-
gis, qui narrant circa natiuitatis Christi tempus fa-
ctiōnem quampiam extitisse apud Iudeos hominum,
propter labefactionem stirpis Davidicæ affirmans
tium Herodem esse Messiam, quandoquidem in co Iu-
daicorum Principum successio finem habuisset, Cum
enim crederent, ex Patriarchæ vaticinio, quo tempore
re defecturi essent è Iuda Principes, tum venturum
Christum, ideo tempus adesse augurabantur, quo
venisset sine dubio Messias, quem & ipsum Herodē
esse autumabant. Cuius rei meminit è nostris Ter-
tullianus, & Theophylactus apud Græcos. Ab Euse-
bio autem memorie proditum reperitur: Domis-
tianum Imperatorem sollicitum de aduentu Christi,
diligenter

Tertul. lib. de
prescript. ad
uers. haeret.
pag 11.
Theoph. in
Matt c 3. et 12
Eusebius
Lib. 3. Hist
Eccle. c. 20

diligenter inquisiuisse, num aliqui ex Davidis familia superessent, & inuentos duntaxat duos admodum tenues, laboribus suis egre victum querentes, quos postquam de regno Christi interrogasset, & respondentes audiisset Imperator, non esse illud ex hoc mundo, neq; terrenum, sed coeleste & angelicum, irrisos dimiserit. Adeo nimirum emarcuerat truncus & successio Isai, ut nemo amplius de filij Davidis regno iam diu deleto, cogitaret, & ea linea vnde Christus erat nasciturus, ad extremam mendicitatem esset redacta, & facta velut desperatus truncus, ex quo nec folia nec ramos, multo minus fructus sperare audeas.

Verum enimvero, sicuti in alijs Dei operibus, contra mundi iudicium, non sine admiratione peculiariter fieri cernimus, ut ante ad dignitatem quam euehantur, despecta plerunq; appareant, et aliquando diu misere contempta: Ita quoq; prius marcescendum erat & moriendum quasi radici huic Isai, quae aliquantisper despicata, & diaboli insidijs & crudeli persecutione repressa, tandem virtute & veritate Dei mirifice efflorescit, & deligitur ad conceptionem filij Dei Maria virgo, aetatis suae anno 15. (nata enim traditur anno mundi 3949. & enixa filium Dei anno 3963. Ex hac vita autem discessit Anno Christi XLV. die XV. Augusti.) Hae, inquam, eligitur, & ipsa omni carens dignitate, respectu, opibus, regno, viuens in oppido Nazareth ignobili, longeq; à Hierusalem remoto

nunc

nunc propter obsessionem regie familie (cui ante
tea arx Sion Hierosolymis consecrata fuerat)
Hec illa mater Regis omnium Regum: Hec fit illa
Yer. 31 d. 22. foemina utero suo circumdans virum fortem in terra
Samarie ad montes Ephraim, hoc est, in terra Isra-
el, Hec virgo est illa ex qua nascitur dux ab illata
contaminatione ad priorem integritatem, virginitas
temq; nature nos reducens: Hec amara Maria, hoc
est, misera despecta & omni humana ope destituta
producit tandem Christum dulcem Glyzirrham:
Sicq; conspicendum se exhibet Christus tunc, cum
minime venturus sperabatur, & proxime adest,
cum longissime abesse putabatur, vitam in morte
conferens, & opem rebus prestans desperatis. Ve-
rum de his satis. Reliquum iam est hoc in loco, cum
mirum alicui videri possit, cur Deus, cum adeo cur-
riose describi voluerit venturi in mundum filij sui
tempus, illud tamen sit passus tam longa suspendi
mora, & dilatione intercipi, ferriq; ad eam desper-
ationem, ut vix aliquam retineret probabilitatis
existimationem, ut huius scrupuli offensionem tol-
lamus, & veras eius iuxta scripturam causas non
adeo longa orationis serie explicemus.

Phil. 1. 23 b. 14. Norat Deus figmentum & opus manuum suas-
rum, et intelligebat quam proclives essent hominum
animi ad dubitationem, & diffidentie fluctibus fa-
cile impellerentur, nisi probe edocti & persuasi pro-
missionum euidencia, & conuicti essent ad sensum
quasi patentem illarum probabilitate, ut frequentes
testantur

restantur Christi in Apostolis & populo reprehensio-
siones. Atqui necesse est non minus firmiter Dei
promissionibus credere, quā certum est Deum illarum
esse observantem & nihil omnium ne Iota quis-
dem ex illis defluxurum. Ideo Paulus fidem vocat
ἐπιζήτων ὑποστικῶν πραγμάτων, eiusq; in-
dubitata requiri in hominibus assensionem, multis
probat exemplis. Et beatus Iacobus hunc demum
ait fore participem promissionum Dei & consecuta-
turum petita qui fide nitatur nihil hesitante, &
fiduciam habeat firmam atq; constantem. Voluit
igitur Deus hac multiplici promissionis suae repeti-
tione de venturo semine (in quo scopus haeret salu-
tis omnium) confirmare homines, & inculcare flu-
ctuantibus animis, promissionum certitudinem &
veritatem, ne qua ullius pateret dubitationi occasio.
Quid quod et haec passim imbuerat omnium animos
opinio, Messiae regnum fore politicum, & ipsum
Regem potentia opibusq; aucturum Iudaeam, & huius
imperio alia regna subiecturum. Huius ut suas
uis quasi somnij proderetur vanitas, & refutato er-
rore planum fieret, Messiae regnum in spiritu & ver-
itate potens futurum, nec praesidia secularia aut
Canonicas dignitates habiturum, de quarum autoris-
tate eximia, mirifice gloriantur hodie Pontificij nos-
tri, ijs solis Catholicam Ecclesiam fulciantes, &
ut ipsi arbitrantur, studio pietatis singulari eandem
stabilientes: per quam opus fuit eius Regni
statum praedicat talem, & re ipsa probari, per morā
tantam & apparatus tenuitatem. Quod luculente
Zacchariam

Matt. 12. c. 24

Mar. 16. c. 14

Luc. 24. h. 13

Matt. 16. b. 8

Matt. 5. c. 18

Hebr. 11. a. 1

Iacob. 1. a. 6

Zachariam fecisse legimus, & suo ipsius exemplo
Zac. 9. b. 9 Christus docuit, cuncta perficiendo quae a Prophetis
Matth. 21. de se per scripta erant, ut loquuntur Euangelista.
2. 4.

Porro quemadmodum propter Iudeorum gene-
tem primum facta esse illa omnia certum est, immo
tam certum, ut nulla amplius probatione egeat, ne
humilitate, & insperata sui Regis offenderentur vs-
tilitate: Sic meminerimus eadem nobis quoque appli-
canda esse, ne vacillantes, vel de eius exhibitione
dubitemus, vel offendiculum in persona faciamus.
Hebr. 12. 2. 25. *ἔτι ἡμεῖς οὐκ ἐφυγον, τὸν ἐπὶ τῆς πάρεδρι-
σάμωνι χρηματίζοντα, πολλῶν μάλλον ἡμεῖς
οἱ τὸν ἅπλως ὑποσχεθῶν ἀποσχεθῶμεν.* Neque etiam
Rom. 11. 6. 21. si naturalibus parsum surculis, & verae oleae indulo-
tum nihil fuit oleaster sperabit sterilitatis impunita-
tatem, neque rami degeneres contra excisionem, es-
sunt securi. Iudeorum igitur exemplo nos, quibus
1. Cor. 10. 2. 6. gratia propter illorum reiectionem est collata, mouebimur,
ut reuerenter illa suscipiamus, ne quando ius-
tiores indignationis causam in nobis relinquamus
diuinae seueritati, & longe tristiore nobiscum agas-
tur iudicio. Retineamus igitur ex praedictis, & ijs e-
dem confirmati, firma & immota statuamus fide,
promissum Iudeis olim messiam, hunc esse Christum
Iesum, ex semine Davidis vel radice Isai natum, &
postquam venisset in mundum, opus redemptionis
omnibus numeris absoluisse, nec amplius expectans
dum

dum posthac ante mundi consummationem, contra
Iudeorum & aliorum somnia vanissima, & opinio-
nes abominandas atq; adeo summopere detestandas.

Quae uniuersae quidem euidentius nunquam aut
magis perspicue, refutari poterunt quam ex eius-
modi propheticorum vaticiniorum, atq; adeo tot
tius historiae de Christo collatione.

1.6 Strom.
pag. 314.

De qua apud Clementem Alexandrinum, qui
non longe post Apostolos vixisse scribitur, cuius-
que de insigni doctrina, eruditione, & rerum plus
rimarum cognitione, non tantum Eusebius atque
Theodoretus, verum etiam Hieronymus, atque Alex-
andriae Patriarcha, Cyrillus et alij aliquot illustres
viri, praecclare multa retulerunt, insigne extat
Petri Apostoli dictum hoc: Nos cum euoluisses-
mus libros quos habuimus Prophetarum, qui par-
tim quidem per parabolas, partim autem per enig-
mata, partim vero expressa autoritate sua, & iz-
ipsis verbis Christum Iesum nominant, inuenimus
eius aduentum, & mortem, & crucem & reli-
qua supplicia omnia, quibus affecerunt eum Iu-
dae, & resurrectionem, & in coelos assum-
tionem, priusquam conderentur Hierosolyma,
sicut scriptum est: Haec omnia, quae oportebat
ipsum pati, & post ipsum ea quae erunt.
Hec ergo cum agnouissemus, DEO credidimus,
per ea quae de ipso scripta sunt. Et
penulo post rursus infert, diuina prouidentia
factas

lib. 5. hist.
Ecclesiast.
c. 11. Et li.
6. cap. 11.
in Catalo.
script. Eccl.
Cyril. ad-
uers. Iulia.
Nicephor.
li. 4. histor.
Ecclesiast.
cap. 33.
Zonar an-
nal. tom. 2.
in Cōmo-
di Imperio

factas esse scripturas sic referens: Sciebamus enim,
Deum hæc verè iussisse, & absq; scriptura nihil dis-
cimus; οὐδ' ἐν λέγομεν ἄτερος γραφῆς. &. In quã
sententiam grauter etiam alicubi D. Augustinus:
Firmitatē fidei scribit in eo esse atq; constare, quod
quæcunq; euenerunt in Christo, prius sint à Prophe-
tis prædicta.

Simili igitur prorsus ratione, si nos quoq; prout
par est ac decet, collationem instituentes prædictio-
num Prophetarum cum historia Christi, quæ siues-
rimus quam exacte omnia conueniant, liquido con-
stabit, frustra iam nouum Iudæos expectare Messia-
m, cum ne vllæ quidem familie Dauidis monstrari
apud ipsos possint reliquie, multò minus aliquod
tribuum discrimen, Danielis septimanis quater nunc
effluxis, templo vero funditus deleto, ac Politia Iu-
daica pluribus quàm antea stetit, annis euersa: E-
contrario autem multo nos firmiore niti fundamen-
to, qui verè credimus hunc Iesum Christum, cuius
natalicia modo grati celebramus, secundum vaticio-
nationes sanctorum Patrum ac Prophetarum, quas
fusus paullo hæctenus ostendimus, ex Maria virgine
ne, è Dauidis stirpe, & Abrahæ semine oriunda, eo
ipso tempore natum esse, quo Herodes alienigena,
Romanorum beneficio in Iudæa regnabat, & Sans-
bedrim interficiebat, acerrimè simul reliquias Dau-
idicæ familie, ad extrema redactas persequens, per
riodo illa fatali LXX hebdomadarum Danielis ad
finem, terminumq; suum tendente, templo quoq;
Hierosolomytano secundo adhuc stante, in quo Christo
stus

stus ipse est concionatus, cui Iohannes, digito mon-
strans hunc agnum Dei, peccata mundi tollentem
& auferentem, præcursoris vicem præstitit, de
quo deniq; Angeli ipsi, tum Pastores nuncij, Sime-
on iustus, Hanna Prophetissa, Magi ex Oriente Hier-
osolymas longissimo itinere profecti, & stella inu-
sitata & noua in cælo apparens, eosq; deducens,
& tandem vox Patris de cælo sonans apertissime
testata fuit. De quibus scilicet omnibus copiose
quidem multa & prolixè dici possunt, sed plura
in præsentia à me commemorari non debent, cum
mihi non tam attendendum videam, quid in hanc
partè à me afferri aut vera bonifimando, aut etiã res-
fellendo contraria, possit ulterius, quàm illud cog-
gitandum, quid temporis breuitas ferre, & aures
vestræ sustinere non grauentur. Pergo igitur ad
id, de quo etiam verborum aliquid me facturum ab
initio promisi, vt ex nostro Esaie dicto quàm bre-
uissime ostendam, quomodo Christus natus, & à
Patre in hunc mundum missus, verus sit & Deus &
homo in vnitæte personæ. Stabit radix Isai, in-
quit, tanquam vexillum populorum, hanc
gentes inquirent. Quibus sanè verbis Propheta
probare conatur, vel etiam ad oculum subiicit, quæ
de persona Christi firma fidei assensione amplecti
possumus & debemus vniuersa. Multum enim pro-
fecto refert, vt postquam de certitudine & fide na-
ti iam Christi et missi in mundum à Patre Filij, rur-
sumq; in cælum euecti, & gloriose regnantis ad
dexteram Patris, instituti sumus, rectè etiam eius-
dem

H

dem

Esai. b. 6.

Ioh. 1. e. 18.

Matt. 11. d. 25.

Luc. 10. d. 1.

Matt. 16. e. 16.

Ioh. 10. g. 28.

In 4. cap. Ioh

dem agnoscamus, perspectum simul habentes quos modo & accedere ad ipsum, & consequi, ut admittamur & participes honorum ipsius fieri valeamus. Etenim quid amabò foret, si tantum de simplici eius natiuitate instituti noticia, cum Esaiam non possemus dicere: **N O B I S** hunc natum infantulum, & filium nobis esse datum. Sed ea non rationis est doctrina, neq; à Philosophis sumpta eruditi, sed quam hic ipse Dei filius, è sinu Patris secum in terras detulit, & apparuit paruulis, & sapientibus occultauit. Ideo Christus à discipulis sciscitans quem se dicerent homines, & alijs alium respondentibus, cum Petrus subiecisset, Tu es Christus filius Dei uiuentis: Beatus es Simon, inquit, Caro enim & sanguis hoc tibi non reuelauit, sed Pater meus coelestis. Ut igitur recte eum agnoscamus, cum Thoma dicendum est, Dominus meus & Deus meus. Nee enim Christus uel Deus tantum est, uel homo solus, sed Deus & homo simul. Et recta fides est, ut Cyrillus docet, credere in Patrem & filium non simplicem sed incarnatum, & in Spiritum Sanctum. Quae eadem uerba suo praefixit Symbolo D. Athanasius, rectam definiens fidem, ut credamus & confiteamur, quia Christus Iesus Dei filius Deus & homo sit. De eius ius stupendo coniunctionis mysterio fortasse paullo etiam post pauca quaedam commemorabimus. Nunc Prophetae uideamus uerba, qui ut primo omnium naturae humanae ueritatem iudicet, uocat enim uirgam siue germen, egrediens uel protuberans, et enascens quasi ex stirpe Isai. Nam sicut de radice stirps propagat

propagatur, & rami inserti pullulant ex stirpe, &
eiusdem sunt utraq; nature: Sic nasciturum signi-
ficat Propheta Christum ex radice vel semine Isai:
quem cum hominem fuisse, & quidem Davidis pa-
rentem scriptura commemorat, negari profectó non
poterit, quin necessario hic quoq; Messias non secus
ac ille sit homo, quandoquidem & Christo ipso ras
tiocinante caro dicatur & sit, quodcumq; de carne Ioh. 3. a. 6.
nascitur. Sed & gentium benedictionem in semine
Abrahæ fuisse promissum ex sacrarum literarum tes- Gen. 22. d. 18.
timonijs supra audiuimus. Ergo ex eius posteritate
iuxta carnem oportuit nasci semen illud benedictum,
& verum fieri hominem, ut humanum genus resti-
tueretur quod per hominem perierat.

Hoc intelligens Eua simili modo primam promiss-
sionem à Deo in paradyso datam de semine serpentis Gen. 3. c. 15.
caput contrituro, non aliter interpretata est, nisi de 1. Ioh. 3. b. 8.
homine, qui ex muliere in hunc mundum venturus,
opera diaboli destruere, & integritati pristinae pri-
mos parentes & totam posteritatem astu Sathanae
seductam restituere deberet. Ideirco nato ipsi primos Genes. 4.
genito filio Cain, leta & gaudio exultans clamat:
Acquisiui vel possedi virum ipsum Dominum, & iam
habeo illum nobis diuinitus promissum serpentis vis-
torem, per quem, aut per cuius semen Deus fis-
nem imponet calamitatibus, in quas lapsi sumus.
Quamuis autem Euae iudicium hac in parte
fallitur, & cum pro benedicto semine habet,
quem Deus postea propter improbitatem abiecit:

H 2 tamen

tamen certum est, cum non errasse in promissione,
quam firmam potius, ratamq; sciebat: verum in
persona quam infantem quidem nascituram nouerat
sed decepta promissionem non ad alterū generis hu-
mani verum redemptorem & Saluatorem unicum Ie-
sum Christum restringebat, qui verus ipse Deus, Pa-
tri consubstantialis & coeternus vltimis temporis
bus veram & integram humanam naturam assumsit,
& caro factus est, sicuti nuper ostendimus.

Veruntamen cum de Christi humanitate certi-
simus, insuper adiungi opus est appendicem inno-
centiae & puritatis in Christo. Etenim etsi cetero-
rum omnium, quae humanitatis sunt propria, pa-
tiens fuit, & humanum assumsit ex homine corpus,
atq; adeo totum hominem, cum omnibus non modo
viribus & appetitionibus naturae humanae proprijs:
verum etiam infirmitatibus ijs, quae non sunt culpaes
sed poenae, & appellatione carnis indicantur: nis-
hilominus tamen omnino purus, peccati expers, &
ab omni delictorum labe fuit immunis, ὁμοῦσι
τοῦ ἡμῶν κατὰ ἀνθρώπινην, κατὰ πάντα
ὁμοῖος ἡμῶν χωρὶς ἁμαρτίας, vt Chalcedonensis
loquitur Synodus.

Quod & ante illius conceptionem Angelus
Luē. 1. d. 35. Mariae annūciauerat expresse dicēdo τὸ γενώμενον
1. Ioh. 3. a. 5. ἁγίου, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. Hic namq; apparuit
Bhai. 55. c. 9. vt peccata nostra tolleret, iram Dei sustinendo, &
1. Pet. 2. d. 21. tristissimas poenas subeundo, peinde ac si ipse polluis-
set se omnium mortalium tetrīs sceleribus: & tū-
men

men peccatum in eo non est, nec prava inclinatio,
nec defectus vitiosi, nec vlla vitiosae actiones in eo
inueniuntur, sed fulsit in eo agnitio firmissima aeters
ni Patris & ceterae pulcerrimae virtutes omnes.
Quo respiciens Iohannes Euangelista, non hominem
sed **VERBUM** perhibuit carnem factum esse, **Ioh. 1. h. 14**
non quidem λόγον ἢ ἐνδιέθετον ἢ προφορικόν,
quemadmodum Samosatenus scurriliter nugatus est,
sicut nec creaturam, peccatis obnoxiam, sed filium,
intelligens, illum Dei σωαίδιον αἰδίω patri, par
riter & aequaliter Deum, vt est pater, integram &
veram assumpsisse hominis naturam, vero constan
tem corpore, veramq; animam habentem sine peccat
to, & natum esse in terris praefinito modo, voluntas
te & sententia constante Patris, sed humana sapi
entia non scrutanda. Quod idem clarius explicans
Paulus, nos Pontificē affirmat habere non talē, qui **Heb. 4. d. 15**
affici sensu infirmitatū nostrarum nesciat, sed ten
tatum in omnibus sine peccato. Neq; enim angeli **Heb. 2. d. 16**
eam naturam, sed semen Abrahae assumpsit, vt per os
omnia fratribus similis fieret & misericors esset &
fidelis Pontifex, in ijs quae apud Deum agenda fos
rent. Aspexit nos in forma hominis, qui est in ex
celsis Iehouah **DEVS**: & cum esset in forma Dei **1. Par. 17 c. 7**
Phil. 2 a. 6
non duxit rapinam, parem esse cum Deo: sed ipse se
exinaniuit, forma serui accepta, similis hominibus
factus, & habitu compertus vt homo, ipse se summis
fit factus obediens Patri vsq; ad mortem, mortem
autem crucis.

Huius autem rei magnitudo, quia omnium sus

H 3

perat.

1. Cor. 1. 3. 13.

Psal. 34. 2. 5.

Isa. 49. b. 6.

Psal. 60. 2. 13.

Ier. 49. b. 7.

perat creaturarum sapientiam, Idcirco diuinam vos
sem audientes, veris gemitibus à Deo petamus, vt is
ipse mentes nostras agnitione huius sapientie illumi-
net & illustret, vt vere gratias agamus illi, qui pros-
pter nos induit massam nature nostre factus redē-
tor noster & Saluator, & constitutus nobis à Deo
sapientia, iusticia, sanctificatio & redemptio. De
quo & ipso cum modo temporis breuitate prohibeat
pluribus agere, venio nunc ad id, quod de Christi
diuinitate Propheta tradit. Quamuis verò & in
hac explicatione difficilius mihi est exitum quam
principium inuenire: in ea tamen commemoratione
similiter non tam copiam, quam modum in dicendo
querendum video, vt præter id quod temporis ratio
est habenda, audientium quoq; effugiam satietatem.
Ita autem Esaias: Gentes hanc radicem, hoc est,
Messiam inquirent, vel ad eum confluent, & depre-
cabuntur eum. Eodem nanq; verbo **וַיִּבְרַח**, quo uti-
tur hic Propheta, & religiosa inquisitio, & conflus-
sus, & adoratio notantur, & res non multum sunt
diuersæ, sicuti ex isto Psalmi dicto apparet. Ex-
quisiui Dominum **וַיִּבְרַח**, studiosè eum requisiiui
& inuocaui, & exaudiuit me atq; ex omnibus ter-
roribus eripuit me. Atq; conuenit hoc vaticinium
omnino cum eo quod & alibi scriptum reperitur,
Christum hoc pacto promissum à Patre, vt lucem
accenderet, & salutem afferret gentibus in vniuerso
mundo. Hoc autem profecto diuinitatis est opus,
& in hominem transferri potest nullum. Nam vana
est salus hominum, & omnibus maledicit Ieremias,
salutem

salutem ex homine querentibus. Hæc igitur cum
in Christo gentibus annuncietur & promittatur, fi-
eri nulla ratione potest illum $\Psi\iota\lambda\omicron\nu\ \acute{\alpha}\nu\theta\rho\omega\pi\omicron\nu$ esse,
sed simul verum etiam Deum, atq; ita $\Delta\epsilon\acute{\alpha}\nu\theta\rho\omega\pi\omicron\nu$,
mediatorem nostrum unicum & Salvatorem per-
petuum.

Etenim sicuti vas electionis Paulus illud ex Pro-
pheta allegans: Conuertimini ad me, dicit Dominus,
& salui eritis omnes fines terræ, quia ego sum Do-
minus & non alius &c. probat diuinitatem Chris-
ti, & Iohannes Apostolus & Euangelista ad eun-
dem applicat, Quod Esaias scribit se vidisse Domi-
num sedentem super solium excelsum, & ex aduerso
utrumq; clamasse Seraphim, Sanctus, Sanctus,
Sanctus Dominus Deus Zebaoth: Ita ex hoc loco
per spem salutis, quæ ab homine frustra expectatur,
& a solo datur Deo, idem confici fatendum est ne-
cessario. Rursum soli Deo tribuitur adorationis
cultus, & fiducia inuocationis, & Idololatriã com-
mittunt, qui hunc honorem vlli deferunt creaturæ:
Necesse est igitur hanc Isai sobolem, quæ adoranda
præcipitur verum esse Deum. Sed neq; his diutius
putamus immorandum, cum alio tempore & loco
copiosius explicentur, & satis iam sit, ostendi ex
hoc dicto, Christum & verum esse hominem, pro-
pter eius à radice generationem, & verum Deum
propter gentium ad ipsum concursum & deprec-
ationem.

Hoc autem tempore, quia insuper de modo etiam

H 4

obstupendæ

Ro. 14. b. 10.
Esa. 45. d. 23.

Esa. 6. 2. 10.

Matth. 4.
Luc. 4.

obstupendæ copulationis naturæ humanæ cum diuina
na quæri solet, coronidis loco fortassis haud fuerit
alienum, obiter paucis monere, multos omnibus se-
culis homines extitisse, qui suæ rationi humanisq;
speculationibus obsecuti, vel astu potius Sathane
dementati varias hac de re mouerint opiniones &
hæreses, quibus veram de Christi humanitate &
diuinitate in unitate personæ doctrinam, obscurare
& ex omni memoria vitæq; hominum piorum euels-
lere studuerint. Atq; ut crassiores saltem erroes at-
tingendo ignorantibus subiiciam, impudenter non
nulli asserere haud sunt veriti, Christum $\chi\rho\iota\sigma\tau\acute{o}\varsigma$ esse
 $\alpha\upsilon\theta\rho\omega\pi\omicron\nu$, id est tantum hominem, non Deum &
hominem simul in unitate personæ, detrahentesq; ei
naturam diuinam dixerunt, neq; filium Dei natum
in terris, neq; virginem matrem Deum peperisse, sed
in homine Christo fuisse diuinam quandam sicuti in
Prophetis excellentiam. Huius nefarij dogmatis
crimē subiit Nestorius, quē idcirco Græci $\alpha\upsilon\theta\rho\omega\pi\omicron\varsigma$
 $\lambda\acute{\alpha}\tau\rho\omega$ appellarunt. Non enim huic placebat, no-
men matri virgini Mariæ tribui $\theta\rho\omicron\tau\omicron\nu\varsigma$, $\chi\rho\iota\sigma\tau\omicron\upsilon\varsigma$
non autē appellari approbabat, quo vocabulo frau-
dulente ad distrahendū Christum utebatur, cum filium
Dei esse natum hominem negare videretur, sig-
nificareq; hominem Iesum gratia fauorēq; Dei ad-
optatum, ita nominis diuini participem factum. Id
quod sane ea videtur indicare temerariæ impietatis
vox, quam dixisse ipsum scribit Socrates: $\acute{o}\tau\iota\ \tau\omicron\upsilon$
 $\gamma\rho\upsilon\mu\epsilon\nu\omicron\nu\ \delta\iota\mu\omega\alpha\iota\omicron\nu\ \eta\theta\eta\ \tau\rho\iota\mu\omega\alpha\iota\omicron\nu\ \acute{o}\upsilon\kappa\ \acute{\alpha}\rho$
 $\acute{o}\nu\omicron\mu\acute{\alpha}\sigma\alpha\iota\ \mu\iota\ \theta\rho\omicron\upsilon$: Quo sermone aperte hoc signifi-
ficabat.

ficabat, se bimestrem & trimestrem natum, nunquam
Deum esse appellaturum. Sed is tamen si conuictus
tandem concessit nominari sanctissimam virginem
Mariam Θεοτόκον, id est, Deiparam, quia nihilo
tamen minus, pristina in sententia sua permanere
crederetur, neque desineret veneno dogmatis multos
infectere, iustas impietatis suae luit poenas, ab Ortho-
doxis & damnatus, & in exilium Oasin Arabicam
actus, ubi mortem obiit miseram. Non enim erat
ferenda, sed Deo & hominibus detestanda opinio,
Christum quasi diuidens, & duas personas alteram
Deum, alteram hominem constituens, cum harum
neutra opus redemptionis efficere, aut mediatoris,
redemptoris, Iustificatoris & Saluatoris munus sus-
tinere posset, aut quod omnino fieri conueniebat,
Deum offensum et homines peccatores reconciliare,
quemadmodum hac de re alibi prolixius differtur.

Sicuti autem absque blasphemiae crimine, duae in
Christo naturae, (id quod ex praecedentibus mani-
festum est,) non sunt seiungendae aut separandae.
Ita fieri non potest ut ο λόγος, quod multis non
sine temeritate & audacia placuisse veterum Eccles-
iae historiarum monumenta ostendunt, in carnem,
sicut contra nec caro in λόγος sit conuersa. Etenim
inde non coniunctas siue unitas in Christo Iesu, sed
confusas esse naturas consequeretur, neque discrimi-
na proprietatum suarum illas iam retinere, sed mis-
cendo confluisse. Cuius impij dogmatis Eutyches
auctor fuit Archimandrita, monachicarum secessio-
num atque latebrarum in quodam monasterio apud

Constantinopolim antistes, qui etiam non inficiabatur
tur duas fuisse naturas πρὸ τῆς ἐνώσεως, μετὰ δὲ
τῶν ἐνωσιν, inquebat, μίαν φύσιν ὁμολογῶ.
Contra hunc olim Synodus indicta est Ephesina, sus-
pra modum infelix & violenta, ideoq; ληστρικὴ nos-
minata, postquam admonitus, ut falsitatem doctrin-
ne, qua perniciosi errores sererentur, emendaret,
& refragando facere hoc recusaret, prius commu-
nitate Ecclesiastica fuerat eiectus. Deinceps aus-
tem furores eius luculente damnauit Synodus Anno
Christi 415. ab Imp. Martino in vrbe Chalcedo-
ne conuocata, & Iustiniani temporibus ab Hormis-
da Romanor. Episcopo L. I. ut refert Nicephorus,
in sacros codices relata. Cuius decreta quia in
manibus sunt omnium, præter id quo dicendi nobis
tempus nunc elapsum est, non etiam necesse putas-
mus, ut sermone copiosiore modo persequamur. Dor-
lendum autem imprimis, atq; adeo deplorandum vis-
detur, contentionum altercationumq; studio, quod
Græcis est ἡ φιλονικία, errores tunc subinde cum-
mulatos & hyperbolis corruptam esse doctrinam
simplicem, neq; hominum impiorum malitiam, simul
& petulantiam quieuisse, sed ulterius eò temeritatis
processisse, ut ex duabus Christi naturis, humana
videlicet & diuina, aut harum proprietatibus, vol-
untatibus actionibusq; confusis tertiã quandam co-
aluisse fingeret, alterius cuiuspiam οὐσίᾳς, hoc est,
naturæ conditionisq; diuersæ, sicut ea in opinione
præter Marcelli & Photini discipulos etiam Quas-
terniste

ternistæ se volutarunt, hac ratione τετραδά ἀντι
τῆς τριάδος Θ introducentes.

Quorum omnium dogmata falsissima Orthodoxi
Ecclesiæ Doctores quamplurimi sic refutarunt
atq; dominarunt, vt e contrario pie ac vere, & ex
plicarent disertè, & ex sacrorum librorum testimo
nijs certissimis constanter assererent τον λόγον in
virginis utero massam humanam à Spiritu Sancto
sanctificatam assumpsisse, quæ massa assumpta per son
ne, (Græci ὑπόστασις vocant) personæ, inquam,
rationem non habeat, sed in persona verbi subsistat
inseparabiliter, & vna cum verbo vnum constituat
ὑπιστάμενον, ita vt Christus nunc sit vnus idem in
duabus naturis ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέ
τως, ἀχωρίως, vt decreti Synodi Chalcedoniæ
verbis vtar, apud Zonaram annotatis. Nam lu
culentè Apostolus docet, quod secundus Adam fas
tus sit in Spiritum viuificantem, hoc est, naturam
in Christo humanam cum diuina personaliter esse
vnitam, siquidem eodem Apostolo euidentius alibi
asserente, in eo habitet πᾶν τὸ πλῆρωμα τῆς
θεότητος Θ , σωματικῶς id est, vnione σωματι
κῆ, substantiali & hypostatica.

Quomodo autē hæc fiant, humana comprehedere
ratio nequit, sunt enim supra eā posita, καὶ τῆς πί
σεως ἢ σωτηρίας παράδοξα, et homo naturalis, 1. Cor. 2. d. 14
vt scriptū est, non percipit quæ Dei sunt, Ideoq; illi
haud indulgeamus in tam stupēde coniunctionis di
uine et humane nature mysterio, sed adherētes fir
ma fide, verbo diuino captiuemus rationem nostram,
dantes

Annal tom. 3.
in Martiano.
Co. 6. f. 25.
Gen. 1. b. 7.
Colos. 2. b. 9.

dantes Deo hanc gloriam, quod is longe sapientior
omnibus creaturis possit ac velit prestare promissa,
quantumuis id secus nostrae videatur ratione.

Dixi haecenus ex Esaiâ, non tam prolixè ex-
plicationis, (hanc enim tempus non fert) quam
breuis iudicij loco nonnulla de tempore aduentus,
& incarnationis filij Dei in terris stupendæ & ad-
mirandæ: quæ meliore mente ipsi vobis deinceps
consideranda proponetis. Ex ijs autem, quæ nudè
commemorata sunt, utcuq; animaduerti potuit, ser-
men illud benedictum toties sanctis Patribus pro-
missum, tandem tempore defuncto, modo autem neq;
menti humane ad comprehendendum, neq; linguae
ad enuncian dum exposito, apparuisse, & Messiam,
qui est Christus Iesus in carnem venisse, quem nos
secundum patefactionem diuinam, certo verbo &
testimonijs illustribus factam, credimus & confite-
mur Dominum & Deum nostrum, lumen de lumine,
qui propter nos homines & propter nostram salutem
descendit de coelis, ut esset propitiatio pro peccatis
nostris, nec pro nostris solum, sed etiam pro totius
mundi. De cuius natiuitate & persona ut iusta
fuit incipiendi ratio, & vsq; huc deductus sermo:
ita iam in eodem rite ut desinendi modus statuatur,
pietas postulare videtur.

Te igitur vnigenite fili & verbum Dei, qui
cum immortalis esses, assumpsisti humanam naturam
propter nostram salutem, & homo factus es, Te,
inquam, Emanuelem nostrum inuocamus supplices,
ut quam nobis impendere gratiam & adhuc inimi-

cis

Ioh. 20. g. 28

1. Ioh. 2. 2. 20

eis salutem conferre tua natiuitate dignatus fuisti;
eam in reconciliatis non sinas euanescre, nec tuæ
nos pueritiæ cunabulis impositos, fouere, complecti
vlnis, & noticia tui vera instruere desistas, vt ins
dies aucti robore tuo, tandem in viros adolescamus
perfectos, & facti tecum heredes vitæ apud Patrem
tuum & Spiritum Sanctum, in coelis æternæ,
post hanc vitam beatitudine fruamur sempis
terna. Tibi cum Patre et Spiritu Sans
cto sit honor, potentia, laus, glo
ria, decus, maiestas, victoria,
seculis infinitis,
Amen.



DIXI.

Ex

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is difficult to decipher due to its lightness and the texture of the paper.

Fragment of text from the adjacent page, including the words:
E
O
N
D
tion
est
Co
TY



EX ESAIÆ PROPHE

TAE CAP. XI.

ORATIO II. IN
NATIVITATE IESV
CHRISTI FILII DEI:

DE CAUSIS COPULA
*tionis naturæ humanæ in Christo, hoc
est, cur Mediatorem oportuerit esse et
Deum & hominem, & de Iudeo-
rum abiectioe, & de voca-
tione gentium.*

Conscripta à M. Benedicto Du
beno Lucense.



VVITEBERGÆ,

TYPIS M. GEORGII MULLERI,

Anno M. D. IXC.

EX ESALIE PROPHETIA

THE CANONICAL

ORATIO IN

NATIVITATE IESU

CHRISTI FILII DEI

DE CANONIS COPULA

et cum deo et spiritu sancto

et cum ecclesia et populo

et deus deus et deus

et deus et deus

et deus

Conscripta à M. Benedicto Du

beno Lucense

VRIEBCA

TYRIS. M. GEORGI MALLERI

Anno M. D. LXX.

I
R
T
st
In
cip
Co

ape
seq
ho
ste
tur
fit
na
ha
mi



DIGNITATE, ER
RVDITIONE, SAPIEN
TIA ET VIRTUTE PRAE
stantissimo Dn. Gabrielj Sagittario,
Jurisconsulto Cl., & Illustriss. Prin
cipis, Ducis et Electoris Saxoniae &c.
Consiliario, ac in Diœcesi Mersebur
gensi Cancellario, V. clariss. &
amplissimo, Domino et patro
no S. colendiss. S. D.



Nius ex sapientia olim
in Græciæ terra celebribus,
apud Plutarchum in libello,
cui de audiendo titulum fecit,
apophthegmata legitur, quod jubet Deum
sequi, seu, ut ipse loquitur, ἐπειδὴ τὸ θεῶν
hoc est: exercere pietatem, rebusq; diuinis
studere, & eam vitam degere, quæ sequa
tur ductum Dei. Cujus dicti sententia cum
sit præclara & utilis, nec à veritate doctri
næ coelestis aliena, aut multum discrepans,
haud scio an non vniversos deceat eam non
minus ac reliqua veterum sapientum pru
dentumq;

dentumq; virorum præcepta imitari, quibus meritò quisq; studet & nisi prorsus est peruersus, solet, excoli & confirmari.

Quanquã autem humana ratio, & cuncti, qui illa duce, quantumuis eximia vtuntur Ethnici non intellexerunt, neq; vllò vnquam ingenio explanarunt, qui verus sequendus: Sed in tanta Deorum copia, quos passim temere colebant, ignorarunt, quod nam illud esset numen, ad cuius nutum & voluntatem, vitæ nostræ rationem, ac cultus pios atq; necessarios instituere deberemus, siquidem planè confiteantur, Factorem & Patrem huius vniuersi inuenire, & si quis inueniret, eloqui ad omnes difficile esse, sicut Plato scribit: Nos tamen qui de Christi nomine nuncupamur, verbo diuino edocti: Ita Deum sequi rectè scimus, si ex Israël fontibus cognita vera doctrina de essentia & voluntate æterni Dei, varijs modis nobis patefacti ab initiò, postea etiam eiusdem dictata, tanquam elementa literarum pueri, attentè audiamus, & memoriæ mandemus, & simpliciter assentientes meditemur, cogitationeque assidua
die

die ac nocte secundum Psalmographum,
repetamus, considerantes simul beneficia
diuinitus in nos collata, & nunquam sa-
tis vlla mentis humanæ sagacitate prædi-
cenda: Sique gratias pro summa benigni-
tate & misericordia in verbi sui diuini re-
uelatione & propagatione exhibita cle-
mentissimo illi DEO totis animis aga-
mus, & in vera pœnitentia, fide, cura de-
nique & diligentia vitam emendandi, & i-
ta conficiendi spatium curriculi nostri, vt
ad omnipotentem DEVM, quoad in
carnis humanæ imbecillitate fieri potest,
culpa, & ad omnes homines crimine va-
cemus, tandem quoque pro viribus, o-
mnibus in partibus facere conemur offi-
cium, voluntati cœlesti & Euangelio.

Hoc enim initio per Filium ex sinu
misericordis DEI arcano prolatum, &
hominibus patefactum, declaratumq; ab
ipso semper ijs, quos dignauit noticia na-
turæ & voluntatis suæ, ostendit nobis o-
mnis pietatis religiosæ principium vnicum
quod tutò sequamur, τὸν τῷ Θεῷ λόγον qui
est

est sermo æterni Dei, ipse Deus æternus,
λόγος quemadmodum Græci locuti sunt
ἐνυπόστατος καὶ οὐσιώδης, οὐρήτος, hoc est,
in persona & essentialis, non orationis:
executor & interpres ab initio consiliorum
& voluntatis diuinæ, deprecator pro gene-
re humano, huiusq; defensor & custos, Me-
diator, Redemptor, Iustificator, Saluator,
Rex & Sacerdos æternus. Per quem ad De-
um læti accedere & reconciliati Deo, pro
animarum salute, remissionem peccatorū,
& cuncta nobis necessaria petere & impe-
trare possumus ac debemus, iuxta dulcissi-
mam veritatis cœlestis promissionē, quam
hic ipse Filius εἰκὼν καὶ ἀπαύγασμα, imago
& resplendentia Patris, natus in terris ho-
mo, exposuit, ipse fons & clausula, omni-
um quæ sunt, fuerunt, quæq; post futura
sunt, seculorum seculis, vt pio & eleganti
carmine cecinit Aurel. Prudentius.

Et in Paradiso primis statim parentibus
& toti humani generi promisso. Homini
vero & Deo vero, Regi vnico & soli Do-
mino, quem Hebræa lingua Messiam,
Græca Christum vocat, sicuti perpetua de-
betur laus, honor, victoria, regnum, po-
tentia,

rentia, triumphus: Ita eiusdem in natiuitatis stupendæ & admirandæ memoriam, certis dies festi, in quibus de illo fierent sermones, & gratiæ ipsi agerentur, & quæcumq; ad cognitionem & celebrationem nominis eius spectant, perficerentur, sunt ordinari, omnibus quidem temporibus, à pia grataq; antiquitate, inprimis autem à Christianis Imperatoribus Valentiniano, Theodosio, Arcadio, & alijs, quibus curæ fuit, vt verbo simul ac re adducendo et præcedendo, duces essent subditis, ad ostendam semitam illam & viam salutis rectam, & leges hac de re ferrent peculiare, quarum fragmenta quædam nobis exhibet, Codex Iustinianus. Quas quidem & ipsas deinceps retinendo obseruarunt sedulo atq; diligenter ad nostra vsq; secula semper amantes Deum & pii, qui ab ipso Christo, in quem credunt, Christianorum habent nomen ac titulum, & quorum disciplina institutioq; & scientia fuit, & adhuc est, eritq; potissima, sequi Deum, quærentium & cara habentium oracula & testimonia, & custodientium mandata eius, secundum Psalmum centesimum decimum octauum.

In horum igitur numero, cum & ego tanquam minimus reperire optarem, visum est nonnulla ex ijs quæ in templis, congregato populo, hisce ferijs agebantur, ad sanam salutaremque doctrinam, & fidei ac pietatis Christianæ exercitium pertinentia animo concepta breuiter completi, & cum priore cohærente oratione altera perscribere, vt ita progrediens vsque ad domum Dei vnà cum reliqua multitudine alacri voce & laude diem festum agente (. Psal. 42.) aliquid pro mea etiam tenuitate, hoc tam augusto & sacro tempore plenius Redemptori meo quasi litarem. Etsi autem non ignorabam, quàm illa, si ederentur essent indigna vel luce, vel publica eruditæ doctrinæ utili copia instructissimorum virorum lectione & cognitione: Quia tamen videbam: quam multa hoc seculo ac varia ederentur scripta, quæ secundum Poëtam, sunt bona, sunt mediocria, sunt mala: ego vel exemplum sequens, vel morem gerens amicis ad horum editionem me cohortantibus, vel meis quoque rationibus iustis & idoneis satisfaciens, ad istius lucubratiunculæ adhibitam

bitam qualiscunque studij mei diligentiam, in lucem proferre tandem non dubitavi. Eam vero haud inhonestis causis adductus, tuo nomini, Clarissime & Amplissime vir, Domine & Patrone colende, peculiari nuncupatione dedicare animi obseruantissimi consideratione visum fuit, cuius nimirum eminens pietas, nec non in Iusticiæ atque æquitatis administratione integritas, & Iuris & optimarum disciplinarum & artium cognitio, partaque copia vbique celebratur ab omnibus: quem erga me affectum perquam humaniter sum expertus, cuius etiam multis iampridem in rebus, singularem erga me voluntatem perspexi, non dubitante amplitudine tua, rerum fortunarumque mearum habere rationem, & ad alios oratione sententiam benevolentiamque suam declarare.

Pro qua animi propensissimi humanissima affectione, hoc tempore repenad aliud non habeo, nisi quod Aeschines Præceptori suo carissimo retulisse perbibetur. Is enim cū reliquos discipulos, pro sua cuiusq; facultate,

Socrati numerare aliquid muneris cerne-
ret: Gemebundus, nihil, inquit, te dignum,
Præceptor dare quod tibi possum inuenio,
hac quidem vna me pauperem esse ratione
sentiens: Quod igitur habeo, meipsum scis
licet, tibi dono, simul obsecrans, vt boni
consulas, & alios cum multa tibi darent,
plura tamen sibi reseruasse cogites. Cui
Socrates respondens: Magnum tu, ait, mu-
nus mihi dederis, nisi forsan paruo teipsum
æstimes. Vicit Aeschines hoc munere, veluti
Seneca scribit, Alcibiadis parem diuitijs a-
nimam, & omnium iuuenum opulentissi-
morum munificentiam. Huius igitur
Aeschinis exemplo si quod Amp. T. mu-
nusculum offero, indignū, id quod libenter
fateor, illi sanè meipsum simul donabo: cui
non solum quibuscunq; rebus & tempori-
bus concedetur, cuncta submissæ operæ ac
studij mei officia parata esse semper, verum
me quoq; totum obseruantis. animi desi-
rio quam cominendatissimum cupio. DE-
VM æternum tota mente precor, vt Amp.
T. defendat, tueatur, custodiat, incolumēq;
diu conseruet, ad Reip. & Ecclesiæ Christi
eximios fructus, & propriam ipsius salutem
veramq;

veramq; dignitatem & laudem. Cumq;
hoc tempore elapso anno priore, ex veteri
consuetudine noui ordiamur initium anni,
Filium Dei inuoco, faciat, Vt hic veniens
sit faustus, felix, fœcundus, tranquillus &
salutaris Ecclesiæ, Reipublicæ, & miseris
nostris Oeconomis; inprimis autem T.
quoq; Ampl., eiusdēq; toti familiæ prospere
& ex animi sententia non minus quam
reliquum etiam vitæ tempus vniuersum, a-
beat. Bene vale vir Clariss. et Amplissime,
Patrone perpetua fide colende. Lucenæ
Die sacro memoriæ editi in terris partus
semper virginis Mariæ, Filij Dei, Domi-
ni nostri Iesu Christi, inchoante annum
M. D. XCI.

Amplit. T.

addictus

M. Benedictus Duben
Lucensis.

15



Anno vertente rursus nobis, quibus diuinitus ad hoc tempus producta est vita, exoritur gratia & benignitate aeterni Dei, dulcissima illa, simul & letissima dies, in qua γενέθλια, hoc est festiuitas anniuersariae memoriae, nati in terris Christi Iesu, Filij Dei & Mariae semper virginis, Θεαυθρώπης καὶ σωτῆρος & orbe toto celebrantur. Id festum non solum ab Ecclesia Mediatoris nostri vnici, obseruatum est semper, congressu religioso, & praedicatione verbi diuini, considerationeque oraculorum, quae passim Prophetae figurata vaticinatione ex diuina inspiratione prospicientes designauerunt: Sed etiam posthac ab eadem Ecclesia celebrabitur ad finem usque mundi, ubi hunc Christi aduentum in carnem, quo secundum aeterni Patris voluntatem, atque decretum, is qui est λογὸς σὺν αἰδίῳ αἰσῶν πατρὸς, verbum coaeternum aeterni Patris, prolatum de Patris sinu, & indicatum ore Prophetarum, Sancti Spiritus instinctu, conspici voluit παθητὸς καὶ ἄτιμῳ, καὶ ἀειδαίς, excipiet aliter ενδόξῳ καὶ λαμπρῶς, quando ille se Regem ostendet caeli & terrae, & iudicem viuorum & mortuorum.

Psal. 89. c. 30.

Dan. 2. g. 44.

Act. 10. f. 42.

2. Tim. 4. 2. 1.

Quo magis etiam hodie omnes qui Christiani & membra Ecclesiae vera ac viua perhiberi volumus, debite reuerentiae & gratiarum actionis loco, pietatis nostrae studio singulari & ardente, custodire

studire istam Ecclesie obseruationem & pro vitiis
bus augere debemus celeritatem.

Quamuis enim nullis momentis, neque vero
toto vite nostrae curriculo obliuisci nos oportebat
tanti operis, quod magnitudine admirabile, &
effectione salutare in terris absolutum fuit diuinis
tus, ad humani generis reconciliationem & captor-
rum, liberationem, sceleratorum vero & impio-
rum condemnationem morte aeterna: Tamen vel
maximè, hoc feriarum, siue solennis celebrationis
ac festiuitatis tempore, annitentes sedulo, pia ap-
probatione pium veterum consilium, & Sanctorum
Patrum institutum praclarissimum, studiosè dilis-
genterq; sequamur, in veneranda consideratione
tanti mysterij: Et vt filij non degeneres hanc occas-
sionem exercendi religionem communis fidei, &
ad Deum conuersionem sinceram, pietatemq; Chris-
tianam cupide amplectamur, vniuersa simul,
que ad hanc partem pertinere videntur, omni-
bus quibus fieri potest modis, cordibus nostris
inculcantes, & meditatione pia vnanimiter
considerantes.

Non enim existimandum est, velle Deum διαφω-
σως διορθωσει quemadmodum disputasse Themistiz-
um Socrates Scholasticus scripsit: Sed voluntas ipsi-
us est, vt omnino veritatem verbi diuini Ecclesie
propriam cognoscamus, qua scilicet nobis ostendis-
tur Deus Pater Domini ac Saluatoris nostri Iesu
Christi.

lib 8. Tripar.
hist cap. 12. 4

Ioh. 17. 2. 4

Christi, & hic ipse, quem is ablegavit in hunc
 mundum: quem virgo peperit, quem natum
 Matt. 1. d. 23. Luc. 2. b. 13. Luc. 2. b. 16. canentes Angeli concelebrant, quem pastores
 inuenerunt fasciis inuolutum, iacentem in praeseptio:
 Luc. 2. d. 52. qui crescens aetate & sapientia, protulit ex sinu
 Ioh. 1. c. 18. Patris Euangelium, & miraculis quamplurimis,
 Act. 2. c. 22. Aet. 2. d. 23. Messiam se verum demonstravit: qui confecto his
 in terris, vite suae cursu, ad redemptionem generis
 Rom. 4. d. 25. i. Ioh. 1. a. 1. humani per ingentes cruciatus mortem obiit, traditus
 propter delicta nostra, & resuscitatus propter
 iustificationem nostram: quem viderunt oculi multo-
 torum, cuius verba aures hominum audiuerunt, hab-
 entium consortium generis τὸν Θεὸν ἀνδραγατεύοντα
 Nazianzen. σὶν ἐνὶ ἀλάχχοισι παγέντα.

De quo Filio Dei nato in terris homine, cum à
 me instituto laudabili, iam aliquid agendum sit,
 atq; ita ut modo diximus, de earum rerum conside-
 ratione commemorandum, quae nunc in coetu Eccle-
 siastico celebrantur: Etsi summopere optavi, ut ista
 orationis habendae prouincia (à qua & ingenij te-
 nuitas, & doctrinae inopia me abstertere videbatur,
 eloquentia quoq; eorum, qui antehac, solennes hos-
 ce conuentus opera sua, orationibusq; splendidissis
 mis exornarunt.) data esset alteri cuiquam, ex pris-
 moribus, qui in tam ornatissima congregatione vis-
 rorum praestantissimorum, deinceps quoq; rectius
 defungi eadem, & maiori tum autoritate & indus-
 tria, tum orationis splendore, & verborum senten-
 tiarumq; ornatu verba faceret: Hanc tamen obla-
 tam, ut caperem, impulit me officij praestandi studium
 diuina

diuum in exequendo munere, ab ijs mandato, quibus
parere non solum æquum, atq; adeò necesse est, sed
refragari etiam, & autoritatem ipsorum contemne-
re, nefas.

Que cum ita se habeant, laud opus esse puto,
vt modo vel deprecationis, & excusationis ulterio-
ris onus imponam mihiipsi, hoc quod fieri debet,
immo oportet, facienti. Id verò vnicum qua res
uerentia, & quo studio debeo, à vestra Magnifis-
centia, Generosa excellentia, amplitudine, dignitas
te, humanitate peto atq; contendo, vt me ea, cogi-
tando quæ inuenire potuere, ita quemadmodum mea
fert qualiscunq; facultas, pronunciantem, benigne,
libenter, placideq; audire, & exilem de re ingente
meam orationem, æqui boniq; consulere velitis.

Quamuis autem hætenus animaduerti, multos
ante me ex hoc loco, non solum historiam admirans
de natiuitatis Christi, fideliter recitasse, sed aliarum
etiam circumstantiarum enarrationem diligentem
& copiosam instituisse, ex eadem, quæ inde emanat
rit multiplicis doctrinæ & consolationis vtilissima
copia feliciter ostendendo, & cuncta simul, quæ
hanc in partem copiose proferri poterat, explanans
do: tamen quia superioribus annis, ipse quoq; re sic
ferente, qualicunq; pietatis studio, ex Esaie loco,
qui libri eius extat capite vndecimo, demonstrare
conatus fui, quàm disertè simul & euidenter, ad-
uentus Christi tempus à Prophetis sit expressum:
tum hunc ipsum in terris natum Iesum Christum,
verum & Deum esse & hominem in vnitæte perso-
næ

na: visum est hac hora, quæ disendo nunc absus
menda est, primum omnium de causis stupendæ Cos
pulationis vtriusq; nature, diuinæ & humane in
Christo, & quid per illam utilitatis generi humano
sit collatum, quædam breuiter indicare: Et postea
ex officio Christi gentium vocationem, cum qua con
heret Iudeorum abiectio, & Mosaicæ politicæ abolic
tio, ex eodem Esaie vaticinio, demonstrare,

Quod & ipsum cum tempore hodierno sit cons
ueniens, & non indignum vniuscuiusq; consideras
sione ac meditatione, vtpote in quo consolationis
& doctrine præcipuæ caput est, vt benigne, paucis
me differente audiat, iterum qua par est ac decet ad
vnumquæq; reuerentia, studio, contentione, maior
rem in modum, etiam atq; etiam peto.

Ephe. 5. d. 19.

1. The. 5. d. 17.

1. Tim. 2. a. 1.

2. Cor. 1. d. 20.

Psal. 35. b. 10.

Iacob. 1. c. 17.

Et quoniam par est, vt pia semper inuocatio
in cunctis actionibus adhibeatur, quæ coniunctis
animis & votis facta, nunquam fuit, est, nec erit
irrita: Ideo ante omnia, TIBI eterno, omnis
potenti, & clementissimo DEO, apud quem verus
est fons vitæ, & in quo tanquam vero Patre homin
um, videmus lumen Filium, in lumine Spiritus
Sancti; Tibi, inquam, vnanimiter leta mente, &
voce hilari, sicuti par est ac decet, gratias agimus,
quod hodiernum conuentum Nataliciarum feriarum
rursum placide haberi & frequentari concedis: Ac
rogamus te, vt hoc beneficium esse perpetuum, &
semper intelligere, gratis animis amplecti, eoq; cup
pidè

pidē nos frui sinas, quo diu in communitate Christi-
ana tuam doctrinam veritatis cœlestis, puram ac
sinceram audire, tum iussa & præcepta ab huius
autore & Principe Domino nostro Iesu Christo, in
ea exequi ac seruare, & acceptissimum tibi, ac suae
uisimi odoris sacrificium laudis ac prædicationis
facere possimus. Te quoq; Fili Dei, Domine Iesu
Christe suppliciter & ardenti pectore oro, vt mens-
tem & linguam, mihi de tantis mysterijs dicturo
gubernes, qua aliquid & agnitionis & fiduciae hac
puerili commemoratione in te augeatur.

Psal. 49. 6. 14.

Es enim tu λόγος, vera & æterna imago
Patris, qui hoc inauditum diuinitatis consilium de
reparatione generis humani aperuisti, & miseris
nobis hominibus patefecisti, & colligis ac conseruas
Ecclesiã, in qua hæc doctrina in omnē posteritatem
propagetur. Respice benignis oculis ad nos, &
perpetua deprecatione tua pro nobis effice, vt placas-
tum habeamus DEVM Patrem æternum, & Spi-
ritu Sancto gubernentur mentes, regantur corda nos-
tra, & conuertantur voluntates ad intelligendum
& comprehendendum, sequendumq; vera, recta, de-
niq; sententiam Patris æterni, declaratam te inter-
prete, & Magistro Spiritu tuo: vt simus ac manea-
mus in cœtu congregationis sanctæ tuæ, quæ est Eca-
clesia καθολικὴ καὶ ὁρθόδοξος, colens, laudans,
celebrans te omnibus locis ac temporibus. Amen.

Ioh. 1. 2. 10.
2. Cor. 4. 2. 46.
Colos. 1. 6. 150.
Hebr. 1. 2. 30.

1. Ioh. 2. 2. 2.

1. Cor. 2. 2. 10.

Nunc deinceps id quod instituumus persequa-
mur. Sic autem Esaias vaticinio illustri prædixit:

Et

Et erit in die illa Radix Isai, quæ stat
in signum populorum: & gentes inqui-
rent (deprecabuntur vel sperabunt in) illam,
& erit requies eius gloria. &c.

Quibus verbis paucissimis Propheta rem sanè
magnam indicavit, qua haud scio an nulla omnium,
quas assensio pietatis & fidei Christianorum, com-
plectitur, minor sit aut inferior. Nuncupatione
enim surculi de stirpe Isai, & floris de radicibus eius
nascentis, ostendit quod Messias, hoc est Saluator
mundi, & redemptor generis humani non solum
præter naturam & rerum seriem, præfinito tempore
nasciturus sit homo naturalis, & carnem assum-
pturus, ex radice, hoc est, ex semine & posteritate
1. Reg. 16. 2. 1. Davidis, Filij Isai: Sed propter gentium ad ipsum
concursum & deprecationem, futurus simul etiam
verus & æternus Deus, eo ordine, ut neq; diuina na-
tura propter massam humanæ assumptam languescat,
neq; utriusq; permixtio aut confusio committatur,
sed utraq; vnione hypostatica copuletur, ita ut sit
vnum ὑφίστατον λόγος & sustentans hanc mas-
sam, & ipsa massa nature humane, in hac persona,
cuius mors vel requies propter resurrectionem futu-
ra sit gloriosa.

ABB. 2. b. 7.

De quo & ipso, post Esaiam, Aggeus, trecentis
annis antequam Christus nasceretur, cecinerat,
inquiens: Adhuc vnum modicum est, & ego com-
mouebo cœlos, & terram, mare & continentem.
Et commouebo omnes gentes, & veniet desideratus
omnibus

omnibus gentibus. impleboq; domum istam gloria
Etc. Hoc enim vult dicere Propheta: Nemo piorum
existimet, me propter morae diuturnitatem, oblitum
promissionum mearum: Modicum enim adhuc tem-
poris restat definiti de exhibendo Christo, & certo
veniet promissus Emanuel, verus Deus & homo, il-
le ipse Messias, diu multumq; consideratus à cunctis
gentibus, Dominus & Saluator, qui omnibus lac-
tum finem imponet: Vos modò constitutum hoc tem-
pus, qua decet constantia & fide expectate. Tunc
potentiam meam declarabo ipsos quoq; caelos vnã
cum mari concutiam, simul etiã omnes gentes com-
mouebo vt ad hunc promissum & exhibitum Saluas-
torem confluant, quem non sine magno desiderio, ex
promissionum fide nato, iamdiu expectarunt, Etc.

Hæc igitur promissio in Christo exhibitio verè
prestata est, & in terris tandem completa, et reipsa
demonstrata, quando natus est Filius Dei partu vir-
ginis castæ, intactæ & viri ignaræ in iudea, & e-
ditus in lucem puer, $\delta\upsilon\ \kappa\upsilon\epsilon\iota\omicron\upsilon\ \nu\epsilon\gamma\ \chi\epsilon\iota\varsigma\omicron\upsilon\ \delta\epsilon\omicron\varsigma$
 $\epsilon\pi\omicron\iota\kappa\omicron\sigma\epsilon\upsilon$, vt concionans ait Apostolus Petrus. Is
ipse, inquam, Iesus, qui iam in terris natus est ho-
mo, subiectus legi, factus peccatum cum non nouis-
set peccatum, per summos cruciatus morte execrans
da interfectus, & tandem gloriose resuscitatus ex
morte ad vitam, ascendit in caelum. & in hac ascen-
sione gloriosum egit triumphum, & conscendit ad
dexteram Dei Patris omnipotentis cum summa glo-
ria. euehens carnem humanam ad præpotentem Dei
maiestatem, cum sic Deus semper manserit, vt homo
K fieret,

A Cor. 7. f. 36.
Galat. 4. a. 4.
1. Cor. 5. d. 21
Phil. 2. a. 8.
Mat. 27. d. 31
Matt. 8. b. 6.
Mar. 16. d. 96
Luc. 24. g. 51.
Acto 1. h. 9.
1. Tim. 1. d. 17

fieret, & sic homo verè natus, ut esse Deus non des-
fierit, sed Rex & Dominus omnium sine fine: &
in die mundi postrema rediturus in magna quoque
gloria ad iudicandos viuos & mortuos.

1. Tim. 3 d. 16 *Que omnia mirificè prædicans Apostolus, præ-
clare inquit: Magnum omnium consensu & con-
fessione pietatis arcanum est: Deus apparuit in car-
ne, iustificatus est in Spiritu, visus est Angelis, præ-
dicatus est gentibus, fide acceptus est mundo, as-
sumtus in gloria. O verè magnum istud myster-
rium consilij & decretiq; diuini, omnem cogitationem
sapientiam & intelligentiam humanam superans,
& reuelatione peculiari solis Christianis perspicuum,
ac si non prorsus ignotum ceteris vniuersis, at-
tamen ad aliquos partim offensionis plenum, partim
incredibile atq; nugatorium.*

Nam nouo & ineffabili modo in Redemptore
nostro, copulantur nature, & admiratione tante
rei, copulationis videlicet duarum naturarum, An-
geli obstupescunt. Etenim Deus fit homo, natusque
Dei de virginis aluo.

Arator. Diac.
ll. 2 in act. Ap-
post. pa. 281.

Emicat, atq; hominè mediator in omnia complet
Hinc terrena leuans, illinc cœlestia præstans.

Et qui supra cœlos, quasi ad ortum glorie, &
splendoris sui eminent, is veluti ad occasum humilis-
tatis & obscuritatis nostræ celebratur, & Filius
Dei æterni, οὐκ ὃ ἦν μεταβάλων (quemadmo-
dum Theologus Gregorius loquitur.) ἀτοπου γ',
ἀλλὰ ὃ οὐκ ἦν προσλαβὼν, φιλόανθρωπος γ':
ut comprehenderetur qui comprehendi nequit, carnis

nis

nis humane obtendens quasi medium quoddam ve-
lum, cum genus nostrum fragile & caducum, cuius Exo. 34. d. 308
dentem diuinitatis faciem aspicere non posset. In 1. Cor. 3. c. 13
cuius rei memoriam hoc tempore exultans canere
solet: O admirabile commercium, creator generis
humani, animatum corpus sumens de virgine nasci
dignatus est, & procedens homo sine semine largi-
tus est nobis suam Deitatem. &c.

Non Deus ex nostris minuit sua: sed sua nostris

Dum tribuit, nosmet dona ad cœlestia vexit.

quemadmodum Prudentius scripsit.

Huius obstupendæ copulationis diuersarum nas-
turarum rationem & causas, etsi ne angeli quidem
perspicere satis atq; comprehendere possunt, sed, ut
modo diximus, obstupescentes, præ admiratione,
quomodo satis prædicent Dei bonitatem & potentis-
am, ignorant: tantum abest, ut ulla rationis huma-
ne perspicacia & sagacitas, istam naturæ utriusq;
coniunctionem, consideratione vnquam attingere
aut in animum inducere queat: tamen quæ sunt pa-
tesacta & exposita verbo Dei, ea admittere & res-
ligiosa fidei constantis & firmæ assensione amplec-
ti tuto, inq; illis acquiescere possumus & debemus.

Ex eo igitur solo firmiter statuimus, ideo hanc
factam esse siue vnionem siue copulationem, quia
omnino necesse fuerit, ad perfectionem operis res-
demtionis nostræ, et ad restituendam salutis in mun-
do gratiam & pacem interponere se præstantiorem
aliquam naturam et sublimiorē quam est hominum.

K 2

Lapsorum

Pruden. in
Psychoma-
chia de pugna
pudicitie &
libidinis.

August. serm.
48 de tempore

Lapsorum namq; peccatis offensus Deus, recipere eos citra compensationem, ut iusticie diuinae satisficeret, & stare sententia decernens morti peccatorum, nequaquam potuit: quippe impossibile erat, ut scriptura loquitur, sanguine taurorum & hircorum aufferri peccata, sed animam quae peccauerat, mori oportebat, nec vlla in mundo reperiebatur creatura, quae istud in se recipere valeret arbitrium. Deplorata igitur res erat, manendumq; in morte & damnatione aeterna fuisset, toti hominum generi sicut ut oues erranti, nisi illorum tandem misertus Filius apud Patrem intercessisset, & pro illis solutorum se autem & redemptionis pretium sponsundisset, vniuersa oblatione consicrans in perpetuum eos qui sanctificarentur.

Etenim genus humanum is deseruit nunquam, sed solita clementia & benignitate seu misericordia, praesens semper tutela & patrocinio suo defendit, complexus illud immenso amore, qui amor eum, secundum aeternum consilium & sententiam Dei, cum sese Mediatorem & a se satisfactionem iusticie Paternae obtulisset, impulit, καὶ ἑδυσώπησεν αὐτὸν τὸν θεὸν λόγον ἐπὶ γῆς αἰεὶ παρόντα ἔλθῃν διὰ σὰρκος, ut legitur in quadam Prochi Constantinopolitane epistola. In quam sententiam

D. Chrysostomus scripsit dulcissime: Homo quidem necessitate nascitur, ut sit: Christus autem non ex necessitate naturae ut esset, sed ex voluntate misericordiae ut saluaret &c.

Hic ergo χριστὸς ἐὶν μορφῆν ἡμετέρη κέραισας

He. 10. a. 4.
Ezech. 18.
d. 20.

1. pe. 2. d. 25
1. Ioh. 2. a. 1.
1. Cor. 6.
cap. 20.
1. Co. 7 d. 23.
1. pe. o. c. 18
Hebr. 10.
cap. 14.

Damasce.
li. 4. de fid.
ortho. c. 9.
Arhanas.
dial. 4. de
S. Trinit.

Chrysoft.
in secundis
Coment.
S. 2. cap.
Matth.

secundum elegantissimum Nazianzeni versis Nazianz.
culum, tempore apud Patrem definito, seu ut Paulus περι τῆς
loquitur, postquam venit plenitudo temporis, pro ἀνθρώπι-
pter nos homines, & propter nostram salutem des vns φύσε-
scendit de coelis, & incarnatus est de Spiritu Sancto ως.
& ex Maria virgine, Et homo factus est, non sua Gal. 4. 2. 4.
confundens sed nostra sibi omnia neciens, cum in Symb Ni.
deterius diuinitas non mutaretur, ut cum Aurelio Venaticus
Augustino loquar. Fortunat.

Nec enim vlli, iuxta Christi sententiam, pates- Ioh. 3. b. 13
bat in coelum ascensus, nisi huic tantum, qui illinc
descendisset coaeternus Filius coaeterni Patris Dei
supra omnia. Ob id verbum, sicut interpretatur Ro. 9. a. 5.
Irenaeus, quod semper aderat humano generi, tunc Iren. li. 3. c.
demum nouissimis temporibus, secundum praefinitis 20. contra
tum à Patre tempus, unitum suo plasmati induit hos Valent.
minem, ut quam possideramus in Adami verbi imas-
ginem & similitudinem Dei, eandem ex se nobis res-
stitueret. Quam in sententiam, pulcherrime dicit Cyril. in 16
Cyrillus: Unigenitum Dei factum esse hominem, cap. Ioh. li.
ut ab interitu, quem prisca intulerat maledictio, 10. c. 38.
nos liberaret, & naturam sanctificaret pollutam. Ro. 5. b. 12.
Ut enim ab homine peccatum erat commissum: Ita
per eundem rursus luenda erat poena, cui tollerandae,
quod is impar esset, & culpam & poenam in se res-
cepit factus ex Filio Dei Filius hominis Iesus Chris- 1. Ti. 3. d. 16
tus, Deus apparens in carne: & cruci affixit Col. 2. c. 14.
Chirographum quod nobis erat contrarium, & quo He. 2. c. 14.
ad damnationem homines tenebantur, per mortem Ose. 13. c. 14
destruens cum, qui mortis habebat imperium. 2. Cor. 15.
8. 54.

K 3

Ad

Ad cuius executionem sicuti nec humanitas in
Christo sufficiebat, ita neq; par erat diuinitas, quod
nec solus mererem sentire DEVS, nec solus posset
homo superare; Ideo vtriusq; fieri consociationem
oportuit, vt alterius imbecillitas morti subijceretur
in poenam, & aduersus mortem, in victoriam alter
rius virtus luctaretur. Pertinebat enim ad iusticia
am, inquit Augustinus, & bonitatem creatoris, vt
per eandem rationalem creaturam superaretur Dias
bolus, quam se gaudebat superasse, vtq; sanctificatio
de illo ipso rursus veniret genere, quod, origine
vitiata, per vnum, tenebat vniuersum. Quin immo,
non satis iusto, vt addit Magister sententiarum, ius
re victus esset Diabolus, si potentia Christus, non
iusticia, cum illo voluisset agere. Nisi enim homo
fuiisset, non poterat nasci, neq; occidi; & nisi Des
us esset, non crederetur voluisse quod potuit, sed non
potuisse quod voluit. Passus est autem humana,
quia homo erat, sed si voluisset, etiam hoc non pati
potuisset, quia & Deus erat.

Augusti. li. 1.
de trinit. c. 17

Rem 5. d. 19.

Petr. Lombard
lib. 3. distinct.
19. & 20.

Quapropter sicut nostrum fieri Emanuelem
Dei Filium oportuit; Ita necesse erat, vt eadem cons
ditione qua nobis suam diuinitatem adiungebat, nos
stram quoque humanitatem sibi copularet, atq; ita
in societatem nature diuine, nostram reciperet hus
manam, nosq; sic fieremus, secundum Apostolum
Petrum, diuine participes nature, & imago Dei
in nobis restitueretur. Alioqui nec satis propin
qua vicinitas, nec firma satis affinitas spem nobis
factura

factura esset, Deum habitare nobiscum & nobis adesse. Adeo modis omnibus nostra humilitas, cum Dei maiestate dissidebat.

Ioh. 1. b. 14.

At nunc optime nobiscum agitur, cum facti simus Filij Dei adoptione per Fidem unici, & υιοθευσης Filij Dei, qui aspiciens nos in forma hominis Iehouah Deus, non despexit carnem nostram sui similem, & factus frater noster massam nostram sibi copulauit, & φρασεω και ακατανοητω ενωσεν ως τροπω, ut essemus membra corporis eius, caro de carne eius, & os de osibus eius: immo per hanc assumptionem, nostram carnem diuinitati, immortalitati mortalitatem, coelesti & aeternae naturae terrenam & caducam adiunxit, & sese ad nostram humilitatem demisit, ut ad ipsius sublimem altitudinem aspirare & peruenire possimus.

Rom. 8. p. 16.
Gal. 3. d. 26.
1. Par. 17. c. 17
Syr. 13. c. 26.
Esa. 58. b. 7.
Psal. 12. c. 23.
Mat. 25. d. 40
Hebr. 1. d. 7.

Etenim huic uitae ac salutis autorem accipientibus, aut in eum credentibus potestas data est, ut fiant Filij Dei, & in eis restituatur renouatio & redintegratio labefactae naturae, & corruptae peccato, utq; iam rursus eximia species integre & incontaminatae imaginis ad quam homo prima fabricatione erat conditus, conspiciatur atq; eluceat. E contrario autem, qui inuictus sibi videbatur, calidus & improbus, atq; fallax disputator Diabolus, quando veluti esca spe diuinitatis proposita illexerat genus humanum: Is vicissim capitur obiecta cupiditati illius imbecillitate carnis, ut tanquam in hominem se inferens, incurrat in DEVM, et hoc pacto

Ioh. 1. b. 12.

Genes. 3. a. 1.
Sap. 2. d. 25.

Ven. Fortunat in
hymn. de
nat. Christi.

August. li.
10. de Ciui.
Dei. c. 29.

Aurel. Prudent. phylomachia de pudicitia & libidinis pugna.

Nouus Adam, veteri Adamo salutis autor existat, abluens quod ille polluerat, & humilimus erigens, quod ille tumens deiecerat, atq; ita rescindatur sententia condemnate carnis, ipsa iam morte in carne interfecta. Neq; enim gratia Dei, Augustino dicente, potuit gratius commendari, quam ut ipse vnicus Dei Filius, in se incommutabiliter manens, indueret hominem, & spem dilectionis sue daret hominibus, nomine medio.

Verbum quippe caro factum, non destitit esse quod fuerat verbum, carnis dum glutinat vsum, Maestate quidem non degenerante per vsum Carnis, sed miseros ad nobiliora trahente. ut Prudentius loquitur.

Quarum rerum cognitione mens certe obstupescere & in sua collabi, atq; deficere debet iniquitate, ut in Christi vicissim misericordia resurgat, & eiusdem in victoria triumphet. Vnde iam satis patet, que mystice illius in Christo naturarum vnionis causa fuerit, & quantum ad nos inde transfusum sit commodorum.

Que quidem attingere nunc magis, quam pro dignitate verbis exornare, aut sententijs amplificare differendoue persequi licuit, presertim temporis, quod mihi deficit, angustia id ipsum prohibente, propter quam ad cetera quoq; deueniendum mihi video, de quibus initio promiseram, & vestrae in me audiendo benignitati, patientiaeq; simul statuendus est modus, qua nimirum abuti non decet, ne dicendi quasi promittitudo, auscultandi plerisque omnibus affectat

rat fastidium. Et omnino in re tanta, tamq; admirabile, sicuti dici omnia paucis nequeunt, ita si quis aliquam duntaxat partem dixerit, non parum dixerit. Venio igitur ad id, quod in Esate vaticinio ad hoc declarandum est, quomodo nimirum Propheta, Christum gentibus propositum iri dicat in signum ad quod conueniant populi, quodq; gentes requirant. Id vero omnium optime Christus ipse interpretatur ubi se complexurum ait omnia & tracturum ad se cum fuerit exaltatus: ostendens, ut addit Euangelista, qua esset morte afficiendus. Attrahendi namq; sunt & prouocandi etiam contra potestatem & voluntatem Principis illius in mundo, & inuito Diabolo tam Iudaei, quam aliae Gentes, signo dato, qui Christo iungi debent, credentes & obsequentes.

Esa. 11. b. 10

Ioh. 12. d. 32

Ioh. 3. b. 14

Ioh. 1. b. 13.

Ioh. 16. b. 11

Ioh. 1. b. 13.

Neq; enim ex propria impulsione effectus, vel studio, cuius autor est suasorq; animus & voluntas nostra, id pendet: sed respiciendum est ad signum, quo qui signati sunt, seruantur, & ad vexillum quod erigitur, quodq; necesse est ut tota mente insutucamur, & animo complectamur, sub quo deniq; maneamus, & a quo omnes salutis cupidi nullatenus fugiamus: Et sequendus est Dux prauius, quem omnino obseruemus, sub quo militantes strenue, & tandem compotes victoriae superemus gloriose peccatum, mortem, & Infernum, sicut historia testatur, de a Constantino Imperatore, cui per quietem nomen Christi visum, instar Crucis scriptum, & audita vox: In hoc signo vinces.

Apo. 7. a. 3

Euf. li. 9.

eccles. hist.

cap. 9.

Sozomenus

lib. 1.

tripart. hist.

stor. c. 3.

Zonar. anal.

tom. 3.

in Costantino.

K 5

Quamuis

Quamuis autem idem Christus, alicubi à seno illo sanctissimo Simone, perhibetur etiam signum, cui contradicatur, similitudine videlicet sumpta à Sagittarijs, certum aliquod signum petentibus, seu mentem habentibus, ad quam sagittas suas dirigant, propterea, quod hic noster signifer, sit quasi instar scopi, quem omnis ordinis homines oppugnent, & eius doctrina eversa multos ab ipso abstrahant: tamen ab eodem nuncupatur etiam signum salutare, quia est ea Persona, que venit.

Ponere pro cunctis animam, non tollere cuiusquam; & quam Pater consignavit & ordinavit, ut esset Messias, donatus præ omnibus hominibus ad hoc munus, ut det vitam æternam, & sit tale signum, ad quod pio & obsequenti animo collimantes fiant salvi, & heredes vite æternæ. Etenim notum fecit Deus salutare suum, in conspectu gentium, reuelavit iusticiam suam. Paravit brachium sanctum suum, in oculis omnium gentium, & omnes fines terre vident salutare Dei nostri. &c.

Ad hoc vero salutis certissimæ signum erectum siue propositum, se pertracturum omnes, hoc est, tam Iudeos, quam Gentes, Christus affirmabat: πάντας, inquit, ἐλκόσω πρὸς ἑαυτὸν: ut nimirum ostendat multiplicis adiumenti ope, indigere à DEO eum, qui crediturus est, & ad hoc signum accessurus, ὅτι πολλῆς δαίτα σωτηρίας πρὸς δεξιὰ οὐ μέλλων πισεύσαι, ut Theophilactus

Sic explicant
Carys homel
& in Iohan.
Theophilact.
E. c. 12. Ioh.
Ioh. 12. d. 32.

philactus loquitur: Et non posse quenquam is-
 ipsum per se quantumvis annitentem peruenire ad
 autorem salutis suae Christum Iesum, pro nobis in
 cruce oblatum, sed opus esse omnibus presente au-
 xilio benigni ac misericordis Dei, huc nos deducens
 te & admouente. De quo iterum Christus alie-
 bi differuerat, inquit: Neminem ad se venire, Ioh. 6. c. 44.
 nisi Pater traxerit eum, & rursus neminem ad Pat-
 trem, nisi qui per Christum admissus sit. ἔλκει δ' ἔ-
 ὁ πατὴρ πρὸς τὸν υἱόν, Iustinus ait Philosophus Iust. II. questio
 & responsio
 Christianarū.
 & Martyr Christi, hæc quasi interpretans, τῷ δὲ
 δόνα, καὶ τῷ υἱῷ ἐξουσίαν, καὶ δάναμιν τῷ
 δάναδι πάντας ἔλκειν πρὸς ἑαυτὸν. quest. 39 page
 251, edit.
 Steph.

Non itaque ex viribus humanis sed ex diuina Esa. 11. b. 9.
 gratia & scientia Domini qua ut Esaias dicit plena
 est terra, quasi maris aquis operientibus trahendi
 sunt, hoc est conuocandi seu congregandi credentes
 atque confugientes ad hoc signum non tantum Iu-
 dei sed etiam gentes. Nam & alias extra Ius Ioh. 10. c. 16.
 deos, oues habeo, inquit Christus quas à me neces-
 se est adduci, ut unum fiat ouile, & vnus Pastor, Matt. 8. b. 11.
 ab oriente & occidentē & toto orbe collectis in co. 1. Pet. 2 d. 25
 vagantibus & errantibus sine Pastore ouiculis.

Simili ratione Iacob prædixerat, instinctu Gen. 49 h. 10.
 diuino, ad Christum fore congregationem gentium, Ose 1. c. 10.
 & ipsum futurum expectationem gentium. Et apud Ose 2. d. 23.
 Rom. 91
 Oseam Deus se vocaturum promittit populum, qui c. 25 26.
 suus non sit, & dilecturum gentē, antea neglectam. 1. Pet. 29
 b. 10.
 Pet.

- Esa. 49. b. 6** Per Esaiam vero alloquens eum, qui contemptus est anima, & abominandus gentibus, & dominantium seruus, id est, Filium suum unigenitum initio contemptibilem mundo, sed postea clarum: Parumne tibi, inquit, est, ut sis mihi seruus, ad suscitandas tribus iacob & feces Israël conuertendas. Dedit te in lucem gentium, ut sis salus mea usq; ad extremum terre. & Vbi sanè, Conuersio, Lux, Salus, Suscitatio, reuelationem illam gratiæ significant, & cordium illuminationem in Gentibus, ad veram Dei cognitionem, per huius verbum in Filio, qui iudeis quidem promissus, apud hos minister fuit legis ad stabiliendam promissionis veritatem; sed Gentibus nulla inuenerunt promissione exhibitus est ex Gratia tantum & mera Dei misericordia, iudeis temere verbum istud Dei repellentibus, & seipsos vitæ æternæ indignos iudicantibus, secundum Pauli & Barnabæ sermonem. Cuius beneficii tanta est amplitudo, ut nulla huic verba sufficere, nec ullius satis esse possit ad comprehendendum mentis sagacitas.
- Esa 9 a. 2.** Populo, inquit Esaias, qui sedebat in tenebris & umbra mortis, lux apparuit magna, & gens nescia Dei, & ignara rerum diuinarum, advena & peregrina, ut Petrus exponit adscita est in genus sanctum, regale sacerdotium, & populum electum, ut Dei celebraret laudem, & predicaret misericordiam eius qui se profundis è tenebris, in lumen admirabile vocasset. Etenim antea Deo funiculus hereditatis erat iacob, ut Moyses canit, & cum diuiseretur
- Esa. 42. a. 6**
Actor. 13.
g. 47.
- Rō. 15. p. 8.**
- Eph 2. b. 8**
Gal. 2. d. 21
Actor. 13.
g. 47.
- 1. pet. 2. b. 9**
- Deut. 32.**
b. 8. 9.
- uidet

uideret filios Adam, delectatus imprimis fuit populus
Israel, ut hunc sibi peculiariter vendicaret, eiusque
possessionem legeret, & singulare peculum e cunctis
gentibus adoptaret. Huic tum soli pra omni-
bus sui nominis tribuerat communionem, & pra
scripta lege, mandata dederat, politiam atque sacerdo-
dotium constituerat, & tantis tamque crebris orna-
rat miraculis, ut stupori essent atque terrori omnibus
in toto mundo alijs nationibus, quae ac si ad Deum
non pertinerent, pra illis despectae passim an neglec-
tae vagabantur, & exclusae a Dei noticia, cultique
sequebantur vanitatem & errorum labyrinthis im-
plicabantur.

Quaquam enim plurimis esset Prophetarum
oraculis testata Gentium vocatio, huius tamen ad
Messiam differebatur euentus, neque is etiam hoc of-
fici statim cum sua praedicatione coniunxit, sed tunc
demum auspiciatus est, cum perfecto consummatoque
redemptionis opere & finito humilitatis suae tempore,
summam a Patre accepisset rerum omnium potestas-
tem, cuius in appellatione genua flecterentur vni-
uersa.

Nota quippe est Cananae mulieris reiectio, tum
interdictum quoque, ne discipuli in gentium irent vi-
as, aut in Samaritanarum vrbes deuerterent.

Quid quod Christus ipse confirmat, se tantum
ad oves missum in Israele perditas? Postea vero
quam a morte surrexit Christus, & temporis accessit
sit plenitudo omnibus instaurandis destinata, pu-
blice praedicatum & sparsum inter gentes est Evan-
gelium,

Matth. 28.
d. 18.

Phi 2, b. 10

Efai. 45.

d. 23.

Rō. 14 b. 11

Matth. 15.

cap. 23.

Marc. 7.

cap. 27.

Matth. 10. a 5

Matth. 15.

cap. 24.

Ephes. 2.

b. 12.

gelium, & patefactum mysterium voluntatis suae,
 & d. ruta maceria, que tamdiu misericordiam Dei
 intra parietem Israël concludum tenuerat, annuns
 ciata pax est ijs qui procul erant, non secus quam
 in vicinia degentibus & positus in propinquo, vt
 Deo simul conciliati, in vnum coalescerent popus
 lum, nec vlla amplius esset Iudæi vel Græci ex circ
 cumcisione aut præputio diuersitas, sed omnia esset
 Christus in omnibus, cui datæ erant Gentes in hære
 ditatem, & termini terræ in peculium, vt sine dis
 crimine, a mari vsq; ad mare dominaretur, & imp
 peraret a fluminibus vsq; ad vltimos orbis fines.

Rō. 10. c. 12
 Gal. 5. a. 6.
 1. Co. 12. a. 6
 1. Cor. 15.
 d. 28.
 psal. 2. c. 8.
 psal. 72. b. 8

Istud iam est noui testamenti ministerium, quo
 Ro. 3. c. 24 remissio peccatorum per Fidem in Christum gratis
 sine operibus annunciatu & confertur omnibus
 qui credunt Euangelio, & iuxta huius doctrinam
 inuocant Deum & vtuntur Sacramentis in exercis
 1. Ti. 1. a. 5 tio caritatis ex corde puro, conscientia bona, & fe
 Luc. 8. b. 15 de non ficta. Que doctrina vt stabiliretur, &
 abolita per hanc concideret fiducia operum, & les
 gis prerogatiua, cum apud incredulos & pertinac
 ces Iudeos obtineri non posset. Et reijci ipsos a
 Matth. 23. Deo, & totam eorum destrui πολιτείαν, & sacers
 d. 35. doctum conuelli necesse fuit. Hec nanq; si perstis
 Mar. 13. a. 2 tissent & receptus esset Christus voluissent nimis
 Luc. 19. rum illi quandam sibi ex Lege & ceremonijs, &
 G. 44. cultibus ordinarijs vendicare prerogatiuam, que
 obscuratura erat gratiam & merita Christi.

Matth. 23.
 d. 35.
 Mar. 13. a. 2
 Luc. 19.
 G. 44.

Vt igitur ostenderetur et planum fieret (quem
 admodum

admodum acriter Divus contendit Paulus non
 pendere iusticiam ex Lege, nec ad salutem cultus
 conferre Leviticos, quos Deus quidem constituerat,
 sed tantum ad tempus, ut servarentur, & umbram
 præ se ferrent eorum, quæ in Evangelio erant reves-
 landa, prorsus illos aboleri oportuit, cum istud ces-
 ptum fuit prædicari. Quoniam impossibile erat
 ullam iustificari carnem ex lege, quæ propter trans-
 gressionem posita, iram operabatur, non confere-
 bat gratiam, antequam veniret semen cui benedictio
 erat promissa; siquidem, Paulo docente, iustificas-
 mur gratis, ex dono gratuito ac mera liberalitate,
 per gratiam ipsius seminis benedicti, hoc est, Chris-
 ti Iesu, & per redemptionem factam in Iesu Christo,
 quem proposuit Deus Propitiatorum in sanguine ip-
 sius, ad declarandam iusticiam suam per remissio-
 nem peccatorum præcedentium, siue eorum, quæ
 dum essemus adhuc inimici, admisceramus.

Rō. 3. c. 20.
 Gal. 2. c. 16.
 Gal. 3. d. 23.
 Rō. 3. c. 20.
 1. Ti. 1. b. 9.
 Rō. 4. c. 15.
 Gal. 3. c. 19.
 Gen. 12. a. 3.
 Heb. 11.
 b. 18.
 Roman. 3.
 cap. 24.
 d.

Id quod toties repetendum est cogitatione,
 & grata mente considerandum, quoties de vocatio-
 ne Gentium audiuntur Conciones, non esse per-
 fectionem ex lege, sed hanc petendam à Christo
 Filio Dei:

Quem Pater omnipotens sortem miseratus inis Scaliger:
 quam

Obtulit æternam veteri pro crimine prolem:
 & qui solutus à lege nos asseruit liberos, & in gras-
 tiam reduxit ex maledictione. Is enim salus factus
 est nobis, ut iterum dulcissime Paulus scribit à Deo
 sapientia

1. Co. 1. d. 30

uæ,
 Dei
 uns
 uam
 , ut
 pus
 civ
 esset
 erce
 dis
 imo
 quo
 rat
 bus
 nam
 ercis
 & fa
 , &
 & les
 inas
 sos à
 acers
 r stis
 imis
 , &
 que
 uem
 dura

SAPIENTIA, hoc est protulit ex sinu Patris
Euangelium, quod est mysterium absconditum à se-
culis, & temporibus æternis tacitum, siue ignotum
omnibus creaturis, cum singulari patefactione, de
qua dicitur: Nemo nouit Patrem, nisi Filius, &
cui uoluerit Filius reuelare. Idem factus est nos

1. cor. 1. d. 30
Ioh. 1. c. 18.
Eph. 3. b. 9
Col. 1. d. 26.
Luc. 10.
d. 22.

bis **IUSTITIA**, quia suam nobis obedientiam
nobis applicat, & meritum suum per Fidem, &
eius propter obedientiam sumus iusti & heredes uitæ
æternæ: Et **SANCTIFICATIO**, dum nos
bis dat de Spiritu suo, ut Iohannes loquitur & do-
nat nobis Spiritum Sanctum. Spiritum non seruitus
tis sed adoptionis Filiorum Dei, Spiritum gratiæ &
precum, Spiritum non timiditatis sed fortitudinis,
dilectionis & modestiæ.

1. Ioh. 4.
cap. 13.
Rō. 8. c. 15.
Zacha. 12.
cap. 10.
2. Tim. 1.
b. 7.

Deniq; factus est nobis **REDEMPTIO**, quans
doquidem non solum redemit nos effusione pretiosi
sanguinis in cruce, sponte sua nostras quo soluit
sanguine pœnas, & nos à morte reduxit:

Hieron.
Vidas.

Deleuitq; notas, quas non contraxerat ipse:
Sed tandem etiam liberabit Ecclesiam in fine Mun-
di ab omnibus miserijs, de qua liberatione Christus
ipse dixit: Quando postremi diei signa uidebitis,
attollite capita uestra, quia appropinquat redemptio
uestra.

Ista igitur, & que in hanc partem copiosè dic-
ti possent, ac nisi temporis prohiberemur angustia,
deberent similia, mente religiose pietatis studiosa
considerantes, recte aspiciunt signum, quod in Chris-
sto

sto propositum, regenerationis et salutis symbolum,
 & præter suæ infirmitatis agnitionem in hominibus
 & fidem, aliud requirit nihil. Quemadmodum
 enim, qui ad æneum accurrebant serpentem, non san-
 nitatis illuc venditionem quandam afferebant atq;
 ostentationem, sed remedium querebant, vulneris
 ex ictu lethali, à morte cupientes liberari, non sua
 quadam industria & curatione, quam sanè ancipie-
 tem valde & periculosam nimis, immò nullam pro-
 sus esse videbant, verum aspectu cuprei & sanguis
 nei coloris in hunc finem istic loci serpentis crediti,
 vitam retinentes recuperata sanitate, non per id
 quod intuebantur, sed per VERBUM, ut Sapi-
 ens ait, & misericordiam Dei omnium Saluatoris:
 Ita sub Christi signum qui est ille ὁ πάντων σω-
 τῆς, καὶ ὁ λόγος ὁ πάντα ἰώμενος, conueni-
 endum est omnibus qui saluari cupiunt; huiusq; in
 castris oportet gratis & per spem misericordie ipse-
 us, non sua confisos virtute aut iusticia merere eos,
 qui stipendia facere volunt salutaria. Nec quena-
 quam inde sua vel deterrebit indignitas, vel digni-
 tatis opinio distinebit. Omnes enim Christus ad
 se vocat laborantes & peccatis onustos, refectione
 illis promissa: hypocritis quoq; vel tumentibus ad
 huc, inflatisq; humilitatem præcipit puerilem, ad
 quam in fide conuersis, absq; omni personarum res-
 pectu, pariter affert hereditatem regni cœlorum,
 in qua

Sap. 16. a. 6
 Nū. 21. c. 9
 Sap. 16. b. 7
 Joh. 3. b. 14.
 Joh. 12. c. 32
 Ex. 15. d. 26
 Matth. 11.
 d. 28.
 Mat. 18. a. 3.
 1. Cor. 14.
 d. 10.
 Act. 10.
 c. 34.
 Paulinus.

Christus erit cunctis Regum, Lux, Vita, Corona.
 Qui vero abiectione sui nimia & desperatione,
 L.

is
 es
 m
 de
 y
 os
 m
 y
 vis
 os
 os
 us
 y
 is,
 us
 osi
 uit
 us
 tus
 is,
 tio
 dis
 ia,
 osa
 ris
 sto

aut nimio etiam sanctitatis fastu & elatione se tanta gratia faciunt indignos, aut hac non sibi opus esse putant, ad hanc allisi petram, & quasi ad scopulum impacti conteruntur. Ecce inquit Deus apud Prophetam: Ego mittam in Sion lapidem probatum, angularem & pretiosum, cui qui crediderint, non confundentur. Qui vero non crediderint, infertur Petrus, illis erit lapis scandali & offensionis ad perditionem & mortem eternam.

Istum lapidem Prophetæ omnes & Evangelistæ & Apostoli de Christo interpretantur, in quo solo nititur & consistit fundamentum totius Ecclesie, extra quam non est salus, sicut in Actis Petrus concionatur, negans sub coelo datum nomen hominibus, in quo saluentur, præter nomen unigeniti Filij Dei, κυριου και σωτηρος ημων, quem illa proficitur sola, & in quo uno cum Propheta merito ex-

Habac. 3. d. 18. clamat: In Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo, seu potius, in verbo Domini gaudebo, exultabo in Deo factore redemptionis meæ, ut Chaldeus habet. Ei igitur soli Ecclesie matris membra,

Lu. 2. d. 28. nos adiungamus, & fiducia presentie ac firmissimi auxilij in eius vlnas implicemus, ipsius fidei & misericordie nos committentes, & molestias ac sollicitudines cunctas super hunc Iehouah deponentes, curas deniq; omnes proijcientes in sinum istius pueruli admirabilis & mansueti, sapientis & consiliarij, Dei fortis & Patris, ut eum Esaias vocat, futur-

Esa. 9. a. 6. ri seculi: Simul quoq; puerum cum NOBIS datum & natum Filium gratulemur? siquidem hæc est

est vita, sicut de semetipso Christus predicat, eterna, ut Deum unum in tribus personis, quemadmodum commodè Augustinus interpretatur, cognoscamus, & quem is misit Iesum esse Christum, hoc est, Ioh. 17. 2. 1.
Augustin.
tract. 105.
in Iohan.

NOSTRUM MEDIATOREM, Redemptorem & Salvatorem. Huic Domino, Regi & Sacerdoti nostro unico & perpetuo, inseparabili dilectione adheremus, & venerantes eundem λόγον του Θεού Θεόν, æterni Patris unigenitum & coæternum caritatis ipsius Filium, natum in terra virg. Eph. 1. b. 1.

ginis partu, ut perficeret opus redemptionis nostræ, adoremus, utpote in quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionemq; peccatorum. Cui cum Patre & Spiritu Sancto, uni, Soli, vero, omnipotenti, sancto, forti, immortalis, iusto, misericordi

DEO, omnis laus, honor, gloria, &

tam in hac vita mortali, quam in altera

illa sempiterna celebratio debeat


tur, viventi & regenti in finis


seculis seculorum.

AMEN.

DIXI.








52 $\frac{5}{i,15}$

X 2195568

AB 52 $\frac{5}{i,15}$

264





5

CATALOGVS
PRODIGIORVM
RERVMQVE ALIQVOT
MIRABILIVM, QVAE PAVLLO
ante, in, & post Natiuitatem Do-
mini ac Saluatoris nostri
Iesu Christi acci-
derunt.

EX OPTIMIS QVIBVSQVE
diuersorum autorum monumentis varijs
collectus à M. Benedicto Dubeno
Lucense.

ADIECTAE SVNT DVAE ORATIONES
EX ESAIAE CAP. XI. FERIIS NATALIS
eius habita, in solenni conuentu Acades-
miae Lipsiensis.

VVITEBERGAE,
Typis M. Georgij Mulleri.
M. D. XCI.

